
G. Wedderkopff.
De
scepticismo Remonstrantium
et
atheismo Socinianorum.
Argentor. 1665.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

1,-521.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 02106 1

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

DISSERTATIONES DUÆ

quarum

PRIOR

DE SCEPTICISMO PROFANO ET SACRO

PRÆCIPUE REMON-
STRANTIUM:

Publicè ventilata in Illuſtri Univerſitate Argentoratenſi

POSTERIOR

DE ATHEISMO P.RAEPRIMIS SO-CINIANORUM.

AUTORE

GABRIELE Wedderkopff / Holſato.



ARGENTORATI,
Ex Officina JOSIÆ STÆDELII

Anno M. DC. LXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

IN NOMINE JESU.

PRÆFATIO.

NEminem latere arbitramur, qui quidem vel prioribus, quod ajunt, labris veterum Philoſophorum monumenta attigerit, ſatis famoſa Scepticorum, Academicorum ac Pyrrhoniorum nomina, quibus â reliquis ſectis diſtinguebantur. Quum enim cernerent maximum diſſenſum ſapientum, ac, quos eruditus orbis præ reliqua hominum multitudine magni faciebat, vel de ipſis rerum principiis diverſas ac diſcrepantes opiniones fovere, & inter ſe prælia deinde miſcere; quos merito Timon, ut eſt apud Theodoretum, tragicè hiſce verſibus inſectatur.

Mortales miſeri, probroſi ventris ad inſtar.
Quænam vos lites nugis pugnantibus urgent?
O utres, animi ſenſus, quos implet, inanes.

Quidam eo uſque progreſſi ſunt, ut nos nihil ſcire, nulliusque rei certam acquiri poſſe cognitionem ſtatuerint, verum cuncta opinione ac inſtitutione hominum conſtare, οὐδὲν οὔτε καλὸν, οὔτε αἰσχρὸν, οὔτε δίκαιον, οὔτε ἄδικον, καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων οὐδὲν εἶναι ἐν ἀληθείᾳ, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν. Atque ſic eſſet ſapiens, qui ſapientiam ignoret, imo ſtultus, opinioni forſan falſæ inhærens, ſapientis nomine gauderet. Quamvis autem fuerint maxima diſputationum inter Veteres Philoſophos diſſidia (quæ fruſtra componere videtur Simplicius adverſus Veteres Eccleſiæ Doctores, Juſtinum Martyrem, Tertullianum, Clementem Alexandrinum & alios, qui hanc illis diſſenſionem maximam objecerunt, quo ipſorum ſapientiam antiquam, ut illi putabant ac certã, coarguerent) nullatenus tamen omnis rerũ ſcientia tol-

Vid. Pier. l. 4. c. 5. de rer. natur. prin. Plut. l. 1. de placit. Philoſ. & alios. Euſeb. de præparat. Evang. c. 14. Theodore. in opere quod inſcribit. de curat. affectio. Græc. l. 2. & Ioh. Reuchl. de verb. mirif. l. 1. c. 4. Laert. in vit. Pyrrh. Sup. Text. 6. l. 1. Phyſic.

87

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

lenda, quippè quum diſſenſus hic ut plurimum non â rebus objectivè ſe habentibus, ſed â minus recta apprehenſione intellectus provenire ſoleat. Reliquis autem incommodis, quibus circumſtat hoc qualecunq; veſanũ, lubet enim ita vocare, dogma prateritis, hoc unicum ſufficeret ad illos ignorantiæ Magiſtros, quo nomine Lactantius inſignit, retundendos, quod omnis religionis ac pietatis ſint peſtes, ac Atheiſmo quam maxime affines, unde & Laertius Protagoram ſcepticum librum teſtatur exorſum his verbis: De Diis ſtatuere nequeo, neque an ſint necne, ſunt enim plurima, quæ id ſcire prohibeant, quippè & ſumma rei incertitudo & brevis hominis vita. Anaxagoras Deos negavit, quem fulmine percuſſum perhibet Lucull. apud Cic. quæſt. Acad. p. 450. Dicunt quidem apud Sextum ſe communem vitam ſecuti, nulli opinioni adhærentes, dicere eſſe Deos, verum hoc ipſo propria vineta cedunt, ex eo quippe firmiſſimũ deſumitur argumentum ex propria confeſſione, certi quippiam eſſe. Verum periculo nõ videtur carere, qui de rebus cunctis dubitat, non incipiat ſimul de ſupremo Numine, ipſi uſque gubernatione ac reliquis divinis rebus ambigere, neque adeo reprehendenda eſſet hæc ipſorum ſcepſis, ſi naturalis ſcientiæ limites minus egrederetur, ſed quum viam præbeat Atheiſmo, quẽ tamẽ omnes ferè gentes ac quocunque nomine veniunt homines deteſtantur, merito deteſtari debeant, nonnihil de iſtis Veteribus Scepticis ſumus dicturi, ac breviter quidem hanc Atheiſtis viam præcluſuri; idque ſaltem quo melius, quæ de Scepticis Theologis hodiernis dicenda ſint, percipi queant. Quum enim eodem fermè modo ſuam iſti ſcepſin circa divinitus revelata Chriſtianæ doctrinæ capita non ſolum foveant, ſed & propugnent, neque leve periculum inde Eccleſiæ Orthodoxæ obvenire poſſit, quare ipſorum conatibus non reſiſteremus detegendo, quem in SS. Theologiam noſtram omnibus viribus introducunt Scepticiſmum? Non hic agitur de humanarũ rerum ſcientiæ certitudine, quam tamẽ maximo ſtudio Veteris Eccleſiæ Doctores Tertullianus, Auguſtinus & alii propugnarunt, ſed ſollicitatur æterni ac veracis Numinis autoritas, fundamentum Chriſtianæ religionis ſubvertitur, πληροφορία fidei collabaſcit, ac probabilis ſcepticaque pro certiſſima & calamo & ſan-

Gell. Noct. Attic. l. 20. cap. 1.

Lib. 3. div. inſtit. c. 6.

Lib. 11.

Lib. 3. hypot. pyrrh. c. 1. & adverſ. Mathemat.

& ſanguine Martyrum Apoſtolorũ confirmata, obtruditur; Et ſanè hi fluctuantes Theologi videant quouſque progrediantur, ne Atheiſmi propugnatoribus manus corroborent, quum tam impiè Sacrarũ lit. certitudini ſeſe opponunt, ſuamq; in multis religionis capitibus perbabilitatem introducunt. Obſervarunt hoc, quos Eccleſia Chriſtiana habet, antiſtites, ac præmaturè irruentibus in SS. Theologiã Scepticis virtute Spiritus S. reſtiterunt, ê quorum nobis commiſſis monumentis hoc qualecunque, quod tibi benevolo Lectori exhibemus, confecimus, minimè dubitantes pro Chriſtiano affectu, quo orthodoxam proſequitur fidem, fore, benevolis adſpiciat oculis, noſtrisque conatibus faveat.

§. I.

NE autem ἀτάκτως vagemur, conſtituimus ordinem cauſarum obſervare tum in hac tum in ſequẽti diſſertatione. Sub initium autem præmonendum eſt, vocabulum ſcepſeos ſub ſe comprehendere non ſolum, quos vulgo vocamus Scepticos, alias Pyrrhonios à parente vel interpolatore Pyrrhone ſic dictos, verum & Academicam ſectam, Empiricos & Megaricos, patrię Megaræ nomine inſignitos. Quod autem Scepticorum nomen Pyrrhonis diſcipulis præ reliquis manſerit, inde factum putamus, *quod ſolidius & apertius ſcepſin Pyrrho tractaverit, quam ij, qui ætate illum præcurrerunt, ut loquitur Sext. Empir.* Lib. 5. hypot. Pyrrh. cap. 3. Scepſis ſeu Sceptica ſecta dicta eſt à σκέπτεσθαι quærẽdo ſeu conſiderando, neque tamen hic de quacunque cōmentatione, ſed de illa, Gellius l. 11. Noct. Atti. cap. 5. quæ eſt alicujus ad propoſitam quæſtionẽ reſponſum meditantis aut affirmando aut negando, ad quod Scepticus adigi nullo modo potuit. Verum de hiſce infra dicemus.

§. 2. Efficientem hujus Scepticiſmi cauſam, eamque principalem pronunciamus Diabolum hoſtem infernalem, qui aſtutia ſua primos parentes præveniens, eos Scepticorum more aggreſſus eſt, non tam apertè negando, quam interrogando ac quadantenus in dubium vocando præceptum divinum. Etiam ne dixit Deus non comedetis ex illa arbore horti? Quod pro Genes. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

clivius ſit â rei notitia & adſertione ad dubitationem præcipitium, quam ad ejus negationem: Remotam illam, propinquiorem autem putamus lapſi hominis profundam corruptionem, ac intellectus cæcitatem, qua fit, ut non tantum de rerum humanarum cognitione, ſed & vel maximè de rebus ſpiritualibus incipiat, more primorum parentum dubitare. Quod apertè ex vetuſtiſſimis conſtat Philoſophis fluctuanti animo hærentibus, num certa quædam daretur cognitio, quidam vero poſtea longius progreſſi, omnem ſpem ad ſcientiam contendentibus ademerunt, aſſerentes, nullam dari notitiam, nihilque ſciri: Neque ſaltem, quod optandum eſſet, hæc ipſorum ſcepſis, ut ut falſa ac rejicienda, circa ſublunares res occupata, verum tractu temporis quidam minus veriti in ipſam cœleſtem ac indubitatam veritatem invehere, quos omnes ad efficientem referimus cauſam, ac de ſingulis dicturi, de antiquiſſimis circa Philoſophiam Scepticis ordimur.

§. 3. Ac quum plures & innumeræ penè ſectæ Philoſophorum fuerint, placet eos in tres differentias diſtribuere, eorum, qui aliquid affirmarunt, ac dogmatici appellati. Academicorum, qui ad veri ſimilitudinem ac probabilitatem procedebant, Scepticorum propriè ſic dictorum, qui de omnibus dubitabant. 4. de Sac. philoſ. c. 64. Galenus, teſte Franciſco Valeſio addit duplices alios Philoſophos *Contentioſos & Mixtos, illi dicuntur fuiſſe, qui nihil aliud quam cavillis ſuperiores eſſe contendebant, inque eorum numerum refert Euclidem, Menedemum & Clitomachum* (quamvis, ut arbitror, hic cum Sext. lib. 1. pyrrh. hypoth. c. 33. Carneade inceptam â Lacyde novam Academiam maxime auxit.) *Hos nempe Mixtos Galenus dicit eos, qui partim Sceptici, partim Dogmatici fuere, ut Xenophanes, qui ſolum aſſerens omnia eſſe unum, & Deum eſſe finitum, immutabilem, & ratione præditum, de reliquis omnibus dubitavit, in Mixtis numerantur etiam alij.* verum hi quoad dogmata, quæ ipſis fuerût certa referendi ſunt ad Dogmaticos, de reliquis, Contentioſis, non eſt, quod in album Philoſophorum mulierentur, eo quippe ob libidinem ſaltem altercandi indigni haud immerito cenſentur, ac ſophiſtarum potius nomine veniunt. De Dogmaticis autem, quos inter fuere Peripatetici, Stoici, Epicurei, Pythagorei, quarum ſectarum cognitionem pleniorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

niorem apud alios legere licet. Pierium & Pontanum, ut parum de princip. dicamus, quippè qui ſoli quid certi pronuntiarunt, eaque diſci- rer. natur. pulorum animis inſtillarunt, ad Academicos ac Pyrrhonios no- l. 4. c. 2. ſtra ſe vertit oratio. Et quidem Academici originem trahunt pro Gymnaſm. l. 4. ex nobiliſſima Secta Jonica, duæ enim fuerunt principes Philoſophorum Sectę ê quibus reliquæ propagatæ ac proſeminatæ ſunt l. 1. Strom. una Jonica, altera Italica, cui â quibuſdam ſubiicitur ea, quæ â lib. 20. de Clemente, Euſebio, Theodoreto dicitur Eleatica. Jonicæ Sectæ præparat. princeps fuit Thales Mileſius, quem non ſolum, ſed omnes ſep Evangel. l. tem Græciæ ſapientes, una cum Homero ſcepſeos patronos fuiſſe 1. de curat. perhibet Laertius & Sextus Empiricus: Mileſii ſucceſſores fue- grav. affect. runt Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras Clazomenius, lib. 9. in Archelaus, quem primum dicunt qui ex Jonia Athenas Philoſo- Pyrrhone. phiam tranſtulit, fuitque præceptor Socratis, quem, ut & diſcipulum Platonem Scepticis annumerant nonnulli, alii vero negant. Socrates αἰσθητοῖς conceſſit nudam opinionem, in νοητοῖς vero κατάληψιν ſcientiamque τοῦ nihil ſcire. Quod Græcis exprobat Juſtinus Martyr. ὁ τῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν σοφώτατος Σωκράτης ὢ 1. cohort. ϗ τὸ χρηστήριον ὑμῶν ὁμολογεῖ οὐδὲν εἰδέναι. Quamvis autem in plurimis ſcepſin foviſſe certũ ſit, perfectos tamẽ Scepticos minime putamus: Auguſtinus teſtimonium longè præclarius illis exhibet, lib. 2. ad- appellans graves ac prudentes viros, qui non tam negarunt ullam verſ. Acad. dari ſcientiam quam eam vulgo denegarunt, ac quo contunde c. 20. rent eorum faſtum, qui omnium rerum perfectam æſtimarent cognitionem ex ſenſuum præſidio poſſe hauriri. Mart. Schookius. lib. 1. de Socrates autem quã plurimos eosque celebres adeptus eſt audito Scept. c. 2. res, Ariſtippum auctorem Sectæ Cyrenaicæ, Antiſthenem Cynicæ, & Platonem Academicæ; Reliquas autem ut ſilentio prætereamus, Academicorum ſeries ulterius commemoranda reſtat. Succeſſores autem fuerunt in Academia quam vocant, Veterẽ ad differentiam Mediæ Novæque poſtea exortæ, Speuſippus Platonis Sororis filius, Xenocrates, Polemon, Crantor & Crantes ſeu Crates qui conſuetudinem diſſerendi reliquerunt, ac cum Lyceo fermè conſenſerunt, excepta doctrina de Idæis ſibi peculiariter reſervata. Quæ peculiaria ipſis fuerint dogmata, ac quo modo diſtincti fuerint hi Academici â reliquis, quorum catalogum jam

recenſebimus ſatius videtur in ſecuturo materiali cauſarum ge-
nereexplicari. Veterem hanc Media excipit quam inſtituit Ar-
ceſilas ſeu Arceſilaus Parmenonis diſcipulus, aut ut Auguſtinus
lib. 19. de civ. Dei. c. 1. vult, ſucceſſor; Hujus Academiæ famoſa eſt illa ἐποχὴ ἀπὸ τῦ ἐπέ-
χεϑαι τὴν διάνοιαν, quam poſtea magno applauſu Pyrrhonii arri-
puerunt, unde & ipſis maximè vicina. Exorta tandem eſt No-
va illa auſpiciis Lacydis & Carneadis diſcipulorum una cum E-
vandro & Hegeſino, Arceſilæ. Ciceronem Novam ſaltem ac
Veterem Academiam agnoſcere putat Pierius, Mediam vero ſeu
tertiam & â prioribus minimè diſtinctam, ſed ſaltem diſſidium
aliquod lib. 2. Acad quæſt. inter Carneadem & Arceſilam recen-
lib. 19. c. 1. de civit. Dei Apolog. ultim adverſ. Ruffin. ſere. Ciceronem igitur imitatus videtur Auguſtinus & Hierony-
mus, quum novæ Academiæ originem ad Arceſilam referunt,
quos perperã Novam cum Media cõfundere putat Schokius. c.
I. Alias meminit Hipponenſis Epiſcopus Carneadis ut tertiæ
Academiæ principis ac autoris contra Acad. Hujus Carneadis
cap. 4. l. 3. c. 18. Pier. c. 1. 2. & 4. Tuſc. quæſt. & 1. de Nat. Deo. doctrinam ac ſententiam Cicero ſtudioſè amplexus eſt, eam tamẽ
Lucullus ac Auguſtinus licet haud profectioris ætatis acerrime
oppugnarunt, ille quidem apud Cicer. lib. 1. Acad. quæſt. alter
hic vero Veteribus libris adverſus Academ. Huic tertiæ non-
nulli addunt quartam, quam Philo & Charmidas ad Veterem A-
cademiam fermè redeuntes adornarunt. Verum etſi eam agno-
lib. ult. de præpar. Evangel. ſcat Euſebius, altum tamẽ ejus eſſe ſilentium apud Laertium atque
Auguſtinum, qui alias diligentiſſimè monumentis ſuis Acade-
miæ hiſtoriam conſignatam reliquerunt, perhibet Schookius
loc. cit. De Antiocho ad quẽ tãdẽ devoluta eſt, hæc habet Auguſti-
cap. 4. nus cit. loc. *quod gloriæ quã veritatis cupidior in ſimultatem adduxerit u-
triusque ſententias, dicebat enim rem inſolitâm & ab opinione Veterum
remotiſſimam Academicos novos conatos introducere, ipſos etiam Acade-
micos oppugnans, qui ſe veriſimile contenderent ſequi, cum ipſum verum ſe
ignorare faterentur, nihilque magis defendit, quam percipere poſſe Sapi-
entem*. unde & Stoicis in multis annumerari poteſt.

Laertius in vita Pyrrho. Et hæc eſt ſeries Academicorum, nunc paucis videbimus Scepti-
cos proprie ſic dictos, qui ex altera illuſtri ſecta Eleatica, quam,
ut ſuperius monitum, quidam Italicæ ſubjiciunt, orti, celebrem
anteſignanum Pyrrhonem Elienſem pictorem prius, mox Philo-
ſophum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

ſophum nacti ſunt, cujus præceptores dicunt Dryſonem & Anaxarchum Abderitam vid. Schookium. Hujus adſtipulatores ex eadem Secta fuere quam plurimi, neutiquã tamẽ cunctos per omnia Scepticos fuiſſe arbitramur, ut ut enim in luto Scepticorum interdum hæſerunt obſcureque locuti ſunt, plurima tamen dogmaticè pronuntiarunt. A Laertio, Teſte Schook. nominantur Eurylochus, Hecatæus Abderites & alii ibidem recenſiti Pyrrhonis diſcipuli, adſtipulatores vero ante ipſum Pyrrhonem fuerunt itidem multi, ut Parmenides, Empedocles, Xenophanes, Zeno Eleates, Protagoras & alii. Variis nominibus ſecta hæc eſt inſignita, dicta quippè ζητητικὴ, ἐφεκτικὴ, καὶ ἀπορητικὴ, quæſitoria, Ephetica ab affectione, quæ in Sceptico eſt, dubitatoria, quod de omni re dubitet, aut aſſensũ vel diſſenſum ſuſpendat vid. Gell. Sextum. Singulares ipſis fuiſſe formulas ac notiones, quas ſemper in ore habuerunt, ut: nihil definio, & nihilo magis, & fortaſſe, fieri poteſt, ſubtraho judicium, prædictus Gellius docet cap. 1. cum quo confer ſæpius citatum Schookium; Uſi ſunt etiam aphaſia & acriſia hoc eſt taciturnitate & incertitudine. Scepticis hiſce annumerandi veniunt Empirici, qui quod cæteri ſcepſi ſua in aliis diſciplinis egerunt, hi in Medicina quoque ſecundum ipſorum morem. Autorem ponit Galenus Acronem. Celebrem habuerunt inter alios Sextum Empiricum Pyrrhoniarum hypotypoſeων Scriptorem, quem diverſum eſſe â Sexto Chæronenſi, Marci Philoſophi præceptore et Plutarchi Nepote multis probat Martinus Schookius. Et hæc de Veterum Scepticorum origine, qui circa res naturali lumine perſpectas ſcepſin magno ſtudio foverunt. Noſtra avorumque noſtrorum memoria paucosadmodum reperiri licuit, qui ut Seneca loquitur *tradunt præcepta Pyrrhonis*, niſi quis in eum numerum referret Cardinalem Creſcentium ac præ cæteris Franciſcum Sanchez, cujus opuſculum de multum nobili & prima univerſali ſcientia, quod nihil ſcitur, extat, quo in ſtrenuum ſe callapſi ac jamdudum profligati Scepticiſmi reſtauratorem præbet. Eximium illum Medicum ac Philoſophum Franciſcum Valleſium ut haud lubenti animo ſcepſeos patronis annumeramus, ita quo minus eum liberemus aperta ſatis fecit cõfeſſio, ita enim in Sac. Philoſ. *Igitur cum tres fuerint primæ ac capitales*

de ſcept. l. 1. cap. 5.

lib. 1. cap. 7

lib. 11. Noct. Attic. cap. 5.

lib. 1. Pyrrh. hyp. c. 3.

lib. 1. c. 10.

lib. 1. cap. 8.

cap. 64.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

pitales ſectæ, unica quæ affirmat ſe aliquid ſcire, duæ negant ſciri quippiam
cap. 1. cap. 3. & 8. *poſſe, quibus plurimum videntur adſtipulari præſcripta verba Eccleſiaſtici. Atqui ego ita ſtatuo.* Cardanum & Gaſſendum ad hos quoque refert Schookius, quamvis de poſteriore ambigat.
l. 1. cap. 19.

§. 4. Progredimur nunc ad Scepticiſmi ſacri, (ita dicti quod circa res divinæ revelationis verſetur) autores quos multos pro dolor! hodiernum ſeculum ac ſuperiora tempora habuere. Præcipuos indicaturi, merito auſpicamur ab iis, qui ſe Remonſtrantes ſeu Arminianos appellant, aut appellari conſueverunt, tum quod ipſorum ſcepſin hac noſtra diſſertatione imprimis impugnandam ſuſcepimus tum quod viribus cunctis eam foveant circa ipſos articulos fidei ac fundamentum noſtræ ſalutis. Fuerunt multi ante ipſos hac labe infecti, de quibus etiam brevibus noſtram ſubjiciemus mentem. Quod priores nunc attinet, ipſorum Scepticiſmum ac Pyrrhoniā ἀκαταληψίαν merito perſtinxit Maxime Venerandus D. Dannhavverus præceptor æternum colendus in ſua revelatione Antichriſtianiſmi. *Quia ad fidem in*
art. 4. ſect. 2. *fundamentalibus pertinet* πληροφορία, *atque hic vel maxime verum eſt illud Apoſtoli* ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω *doctori maxime Eccleſiæ turpè eſt ſemper diſcere, & nunquam ad veritatis certitudinem pervenire, adde quod Epiſcopum oporteat eſſe* ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου. *Tit. 1. 9. & confeſſorem minimè fluctuantem, ideo ad Pyrrhoniorum ſcholam tanquam ipſi ὑποστάσει fidei ſalvificæ adverſa remittimus illa Arminij, non ſic docui, tamen non diſſimulo eſſe loca Scripturæ quæ id videantur præ ſe ferre: Examinatis omnibus pro virili hærere me fateor & dico mihi non liquere.* Hæc venerandi noſtri ſenis Arminianæ ſcepſeos detectio.

Optandum autem eſſet Veteraquinatis diſcipulos ac ſucceſſores longius haud progreſſos fuiſſe ipſo parente, verum hodie Arminianiſmus ac Socinianiſmus parum diſtare videntur, ita ut in quibus ad caſtra Socini minus tranſierint, hæc dubia orthodoxis, neſcio quibuscunque hinc inde conquiſitis rationibus reddere conantur, ac ſic oblique ſaltem fratrum ſuorum patrocinium ſuſcipiunt. Ita ut gangrænæ inſtar eorum Scepticiſmus ſerpat, quo fratrum Socinianorum heterodoxia penetrare nequit, *vix enim eſt alia ſecta inſidioſior, vix alia lubrica magis, anguillā diceres una manu captam, altera elapſam,* ut loquitur Magnif. Vir. D. Dannhavverus.

rus. Neque pudet ipſos eſſe Scepticos, quum præſtet *de dubijs ambigere, quam temere de non ſatis cognitis pronuntiare. Dicit* quidem Curcellæus, quod veriſſimum, ni dubia iſta latius, quam par eſſet, extenderent ad ipſa fidei myſteria, perſpicuis ſatis verbis revelata: *Illud ſiquidem ſolũ pro claro habendum putant, quod omnes ſana ratione utentes, tale eſſe agnoſcũt, nõ quod paucis aliquibus videatur*: quid autẽ hiſce intendant, cuivis liquet, ac patebit poſtea in conſideratione cauſæ finalis. *Illaque ſaltem firmiter atque conſtanter credenda autumant, quæ controverſi juris non ſunt*, (contrarius eſt Vedel. Rhapſ. pag. 44. imo contra ſemet ipſum vid. pag. 70.) quo pacto ſanè quid certi nobis relictũ in Sac. litteris? quum nullo non tempore hæretici extiterint, non de quæſtionibus fundamentum ſalutis minimè attingentibus, aut, quę nullius neceſſitatis, altercãtes, ſed ipſos articulos ſymbolo Apoſtolico comprehenſos, in quibus tamen omnes convenire ſtatuunt Arminiani, controverſos reddiderunt. Hanc ipſorum Theologiæ ſummam incertitudinem circa præcipua fidei capita, multi etiam ex Reformatis indicarunt, ut cenſores Confeſſ. annuam, diurnam, ac horariam, dixerunt eorum eſſe Theologiam. Ex noſtris feliciſſimè ac copiosè hanc ipſorum ſcepſin circa religionis capita detexit Excell. D. Calovius in ſua conſideratione Arminianiſmi, ac cuilibet etiam legenti Arminij ad XXXI. articulos reſponſiones, aliaque ejus ſcripta: Epiſcopii inſtitutiones Theologicas, & cætera ipſius opera â Succeſſore Curcellæo edita, patebit, ita ut haud immerito Scepticorum ſacrorum nomine inſigniantur, quippe haud aliter divina tractantes, quã antiqui Sceptici humanas ſcientias, unde ad veriſimile, probabile in plurimis ultimo recurrunt. Verum apertum ſe hic ſiſtit confeſſorem Arminius ipſe, haud diſſimulans ſuam, in multis fidem ſpectantibus, ſcepſin, an autem abſolutæ ſint neceſſitatis, circa quæ dubitanter ſe gerit, diſquiri poſſe dicit, ac doctiſſimum ac in ſacris verſatiſſimum multa ignorare, qua ſane in re nos ſibi minimè adverſos experietur, quum conſtet unicuique noſtrum datam eſſe gratiam κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ, juxta menſuram donationis Chriſti, & in hoc ſtatu viæ, quo omnis creatura rationalis ad poſſeſſionẽ finis ultimi, nempè ſtatũ patriæ tendit, aut tendere debeat, cognitio, prophetia, fides, tantum ſunt

differt. 1. theſ. 41.

Apolog. fol. 6.

Apolog. Remonſtr. pag. 6. & 12. Epiſcop. inſtitut. 273. ard. & Ryſſenii ſynopſin imputæ Theol. Remonſtr. p. 17.

artic. ultim.

Eph. 4. 7.

1. Cor. 13. ex parte, ac inchoata potius per ſpiritus primitias, quã perfecta, ad ſalutem interim aſſequendam omnino ſufficiunt. Quod ſi vero Arminius putat exercitatũ in dogmatibus fidei, ſeu eã ingrediantur conſtitutivè, aut conſecutivè, aut quomodocuuque ſeſe habent, vel ad finem ultimum vel intermedium, abſoluta neceſſitate, aut ex hypotheſi, ignorare, cautè proced. arbitramur, ac ad ſequens materiale genus relatum cupimus, ſufficit oſtendiſse Arminianorum fluctuantem animum, ac religionis incertitudiné, ne ipſismet quidem incogitam, quam Vetera quinatis diſcipuli ac ſucceſſores poſtea pluribus ſignificaſſe videntur, dum multa â parente ſaltem in dubium vocata, planè in gratiam aliorum hæreticorum, quos Eccleſiæ ſuæ ſocietate minus excludendos autumant, negant. Methodum hanc Remonſtrantium ex aſſe ſequitur Hinricus Nicolai, Profeſſor prius Dantiſci, ac poſtea Elbingæ, ἐποχὴν ac aſſenſionis retentionem in pluribus dogmatibus fidei uſurpans, ac ad non liquet confugiens, vid. Calovius in conſider. Armin. & in apologia huic Henrico Nicolai oppoſita, ubi formulas hujus Pyrrhonis diſcipuli, tum circa SS. Trinitatis myſterium, tum alios articulos fidei producit. Abſit tamen, ut Armenianis in cunctis annumeremus, quem ipſi pro ſuo agnoſcendum recuſant. Epiſcopius enim in Libertinorum ſeu ſpiritualium, ut vocat, cenſum refert, ac in multis etiam Doct. Calovio deterior Arminianis videtur, cui in articulo de SS. Trinitate quoad Scepticiſmum, fratres adjungit Andream Dudithium, Sbardelatum, atque Andream Fricium. Neo-Photinianorum Scepſin manifeſtam ſatis arbitramur, quam in plurimis, fundamentum religionis Chriſtianæ concernentibus articulis, propugnant, ac manifeſtant, in quibus hæreticis Veteribus non accedunt, ac vel planè negant, aut affirmant. Ita, ut formulas dubitantiæ & Scepticæ Theologiæ frequentes, apud ipſos reperiri liceat. Ut: poſſit hoc aliter intelligi aut exponi. Poſſet quis aliter ſentire, videndum eſt, an vox aut Phraſis illa non aliam admittat ſignificationem &c. vid. Voetii præſcriptiones & antidota generalia pro Chriſtianiſmo adverſus Socinianos. Diſput. ſelect. p. 435. Verum quia ſua hetero didaſcalia magis Atheiſmo accedunt, pluribus hic eorum Scepſin minus pertractandam cenſemus, ſed ſuo loco reſervabimus,

lib. 4. inſtit. ſect. 1. c. 9.

Exercit. Apolog. Theſ. 30.

mus, nempe in altera diſſertatione de Atheiſmo Socinianorum. Quod nunc Reformatos, ut appellantur, attinet, ipſis hujus vitii Scepticiſmi minus reos eſſe peragendos putaremus, ni ſibimet ipſis invicem objicerent. Etenim Mareſius Profeſſ. Gronigenſis Scepticum inter alia pronuntiat adverſarium Gisbertum Voetium, qui ad Scepticiſmum ſit proclivis, quod legi poterit in Antitirino Mareſii, ac repetitum â Voetio præfatione Biblioth. Stud. Theol. ut & in notis ad form. pacificatoriam: Neque eos penitus abſolvendos arbitratur Vir Magnif. D. Dannhavver, *quod inter ipſos nonnulli ſentiant, hoc eſſe humanitatis noſtræ ἥττημα voluiſſe ſummum Deum nihil conſtanter firmiterque credendum eſſe in rebus ejusmodi, de quibus controverſia incidit inter doctos, hoc modo minus* poſſunt ſe liberare â Scepticiſmo, quum de multis fidei ac ſalutis ſubſtantiam concernentibus articulis, controverſia oriatur. Sanè â Scepſi minus aliena videntur verba Calvini, ſi non planè impia, quibus Chriſtum ejusque doctrinam coarguit in pluribus ſaltem niti probabilibus conjecturis: *Ita enim loquitur, memoria tenendum eſt, vulgo receptu proverbiu ita uſum eſſe Chriſtum, ut modo eſſent probabiles conjecturæ, non autem ſolidè probarent*, cujus ſanctiſſimum ac omni errore carens os, non veretur minus ſeu parum appoſitæ reſponſionis ad Nathanaelem accuſare, ſi vera ſunt, quæ de ipſo habet Fevardentius, cui per omnia fidem quidem haud adhibendam arbitramur. Interim Scepſin ſuam ſatis produnt, quum iisdem divina elogia ac articulos fidei exprimunt verbis, quibus orthodoxi, mentem vero ſibi verbis ferè contrariam retineant, qua de re legend. celebris nominis Theol. D. Mentzerus tract. de lingua Lutheri, ac mente Calvini in Synodo Dordrazena. Ac qui quæſo, non eſſent Sceptici aut dubitantes, quum ex eorum principiis nullus ſuæ electionis certus eſſe poſſit, quæ tamen prora ac puppis, quod ajunt, eſt Theologiæ Calvinianæ. Ita Excell. Dominus Dannhavv.

Antichriſtos. ſect. 2. art. 4.

Comment. in Matth. c. 12. 25.

Theom. Calv. lib. 4. cap. 12.

Salv. Reform. p. 551.

Ob nun wol derjenige der ſein Gnadenwahl unfehlbahr gewiß iſt/ auch an der endlichen verharzung der Selichkeit nicht zweiffeln kan noch ſol / ſo iſt doch kein Reformierter auß ſeinen principiis unfehlbahr ſeiner Gnadenwahl gewiß / und ob er gleich guldene Berge hoffet ſo iſts doch nur ein Traum / ohn allgemeine und einen jeden applicirliche Verheiſſung.

 §. 5. Se-

§. 5. Sequitur Politicorum in ſacris Scepticiſmus, quibus religio tanti eſt, quanti nummi, qui ut mutantur, ſic eorum religio ac cultus divinus, ſi modo eſt, verè divinus, mutatur, quibus non tam religionis, quam regionis cura eſt, ac religio rationi ſtatus famulatur. Non derogamus hiſce, aut detractum cupimus omnium, qui eo nomine venire conſueverunt, famæ, quum haud diffitendum, quam plures veræ orthodoxiæ aſſertores inter ipſos reperiri, ac repertos fuiſſe. Verum eorum Scepſin damnandam putamus, qui ad favoris Principum ac Regum auram ſibi conciliandam, in deliciis aulicis perfruendis, parum ſaluti obeſſe arbitrantur, ſi modo in Chriſtum credant, ipſumque pro peccatis noſtris mortuum eſſe, cætera cuncta vel planè negare, vel ſaltem dubiæ ac incertæ diſquiſitioni committere, quæ tamen ad ſalvificæ fidei eſſentiam conſtituendam neceſſaria quam maxime ſunt. Ac quo minus hic ipſorum Scepticiſmus in apertum producatur, nonnulli eorum in id ſtudio, quo potuerunt, indefeſſo, intenti, ſuis conſiliis Academiarum Profeſſoribus eripuiſſent libertatem diſputandi, ac certitudinem credendorum oſtendendi, ni quorundam, quibus majori curæ cordi religio eſt, vigilantia obſtitiſſet. Cui enim ignota Bodini (qui SS. Theologiæ principia non putat in dubium vocari, atque proinde diſputationibus minus opus eſſe, quod non licitũ ſit de certitudine Mathematicar. diſciplinar. dubitare. Verũ SacræScrip. dictũ haud facile in dubium vocant hæretici, verum de ſenſu altercantur, ac propterea diſputationes inſtituendæ, egregium Politicum! Scepſeos patronum jure dixeris) ac Lipſii inconſtantis conſtantiæ ſcriptoris conſilia. Sanè quæ certitudo religionis Lipſio fuerit, malumus Ampliſſ. noſtri Boecleri, quã noſtris exprimere verbis, qui in diſſertatione de Politica Juſti Lipſii, ejus Scepſin egregiè, ut omnia, exprimit. *Vbique ſibi ſimilis eſt ait, id eſt, in re Theologica aut quocunque modo ad religionem pertinente lubricus, anceps, vagus, in omnes formas mutabilis, qui modo aliquid largiri, modo adimere rurſum cupiat, id quod neceſſe eſt accidere homini, vera religione ſerio nunquam imbuto, ſacrarumque litterarum penitus experti.* Exemplum Exelentiſſ. Vir de libertate religionis ſubjicit, quam modo adverſus Pontificiam crudelitatem & Hiſpanicam inquiſitionem, in prio-

ſecundum Præceptum Machiavell.

lib. 4. de Rep. c. 7.

Adverſ. Dialog. p. 96. vid. Danhavv. Refor. Salv. pag. 646.

ribus

ribus Politicorum ſuorum editionibus defendit, in poſterioribus verò non à religione modo, ſed & ſana mente deficiens, omiſit partim, partim ſimpliciter & ingenuè dicta mutavit. Similes Lipſio in religionis negotio quam plurimos eſſe, experientia, rerum magiſtra, ſatis abunde docet. Vide ibid. plura. Videatur & Thomſonus in refutat. Divæ virginis Aſpricollenſis, & aliquis anonymus in diſſertatione de idolo Hallenſi. Eum tamen poſtea ad eximiam devotionem (quam tamen ſuperſtitioſam arbitratur Voetius diſp. ſelect. part. 1. pag. 207.) refert converſum Carolus Scribanius, ejus vitæ ſcriptor. Hi pſeudo-Politici principibus, ac quibus ſunt à conſiliis, perſuadent, articulos de quibus docti inter ſe conferunt, tanti minus eſſe æſtimandos, ut circa eos diverſam opinionem alere, ac dubitare non liceret, proficiſci ex ingenio quorundã hominũ, qui nullius rei cura tanguntur, ac eſſe quæſtiones, quas ignorare tuto quis poſſet, utut nonnunquam fidem quã maxime concernant. Quibus hac in opinione egregiè conſentiunt Arminiani, Joſephus Caſtim, Nicolaitæ ac nonnulli ex Reformatis. Verum peſſimos hæc ipſorum Scepſis parit fructus, ac terminum habet Libertiniſmum, ut videbimus in cauſa finali. Multa hic prætereo lubens, quæ ad horum pſeudo Politicorum plenius ac perfectius Scepſin cognoſcendam allegari poſſent. Vid. Staplet. in orat. An politici horum temporum in numero Chriſtianorum ſint habendi. Ad eos me converto, quos jure meritoque hujus Scepticiſmi in SS. Theologiam introducti, ſi non omnino primos, poſteriores tamen haud puto, nempe Pontifici adſtrictos Theologos, & præprimis eos, quos Scholaſticorum nomine inſigniunt. Hi quippè Ariſtotelem ex æquarunt verbo Dei, imo ferè præpoſuerunt, illum niti demonſtrationibus, quæ autem Sacrar. litter. monumentis, â divinitus illuminatis viris eſſent conſignata, crudelitate & potius opinione teneri, quemadmodum, quum alii plerique, tum Occam celeberrimus ille Scholaſticus in centilogio ſcribit & ſæpiſſimè reſpondet. Cæpit hoc quam maxime ſeculo 13. autore præprimis Alberto Magno, præceptore celebris Scholaſtici ac Angelici Doctoris Thomæ Aquinatis, quamvis enim antea in Pariſienſi Epiſcopo Lombardo nova hæc methodus initium ſumpſerit, aut, ut

lib. 4. c. 4.

in manuduct. ad viam pacis Eccl. Danhavv. c. I.

Hotting. hiſt. Eccleſ. part. 3 p. 81.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

habet Danæus, in Lanfranco Papienſi, aliquod tamen ad huc ſignum reverentiæ divino codici manſit, neque principem in Eccleſia ac ſcholis obtinuit locum, quando quidem, teſtante Hottingero, in toto Lombardo ne nomen quidem Ariſtotelis legitur, quamvis alii durius de ipſo loquantur, ut infra patebit. Succeſſores ferè poſtea in ipſa penetralia ac adyta illam ματαιολογίαν, quam prohibet Apoſtolus admiſerunt & in utramque partem de rebus fidei diſſerere cæperunt, ibi Philoſophia dominata eſt, & hinc illæ tricæ ac viti litigationes, inutiles ac ἀπεράντοι quæſtiones, ſumma barbaries ac obſcuritas in ipſam SS. Theologiam introducta, de quâ exſtant querelæ ſummorum virorum vel ſub ipſo papatu, ſic de neceſſaria correctione doctrinæ Scholaſticæ edidit librum Chriſtophorus â Capite Fontium. Archiepiſcopus Cæſarienſis, antea Magiſter generalis ordinis Minorum. Ambroſius Catharinus adverſ. Dom. â Soto dixit ſententiarios, quia S. Scripturam ſuæ rationi & Philoſophiæ poſtpoſuerunt, â recta via ſæpius aberraſſe. Cæteros alibi citatos lege, præprimis apud Argent. Academiæ quondam Theologorum decus Doct. Dorſcheum, & quos magno numero allegavit Voetius diſput. ſelect. ſecunda part. primæ pag. m. 25. Sanè doctrina ſalutis ipſorum Scepticis, ac probabilibus diſquiſitionibus fuit involuta, ac Academicorum more circa plurima fidei dogmata verſati ſunt, de quibus haud immerito poſtea pij & eruditi queſti ſunt. Ventilatarum quæſtionum ſpecimen ſatis prolixum exhibuit Eraſmus, vanæ, ridiculæ, otioſæ ac ineptæ ſpeculationes Philoſophicæ, imo βέβηλοι κανοφανίαι ψευδώνυμος γνῶσις ſecundum Apoſtolum. Verum ſequioris ævi Scholaſtici, quos tertio loco collocat Hottingerus, minus contenti dubitativa illa deciſione harum quæſtionum ventilatarum, pro articulis fidei obtrudere minus dubitarunt. Hinc dogmata, ex Philoſophia & Theologia permixta, corrupta fuere; Ait quidẽ Johannes Duns Scotus Theologos Doctores *Philoſophiam cum Theologia maximo cum fructu miſcuiſſe, verum potius* corrupiſſe. Quod patet ex mullis fidei capitibus, ut de imputata fidei juſtitia, libertate arbitrij, peccato originali, poſſibilitate implendi legem &c. Videndus hic D. Voetius diſput. de Theologia Scholaſtica part. 1. diſp. ſelect. Theol.

Vid. Indic. prohibit. Bernhardi â Sandoval Archiepiſc. Tolet. Madr. p. 18. Interventionis præfatione & vindiciis ejusdem interventionis quæſt. 2.

Annot. in Epiſt. 1. Tim. c. 1. 1. Tim. 1. 6. & 6. 20. citat. 1.

ubi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

ubi plura hac de re. De quibus haud immerito dici poterit, quod Ludovicus Cardinalis, Archiepiſcopus Arelatenſis in concilij Baſilienſis pleno conſenſu dicere non eſt veritas, *quod* (*oratores Eugenij Papæ*, ſic hi Scholaſtici,) *ubique novam doctrinam prædicent. Sed neque* hic ſeſe ſiſtit ſumma Pontificiorum religionis incertitudo, fatente ipſo Tannero Jeſuita, *poſt Thomam & Veteres in Theol. Schol. autores & anteceſſores intra trigintahos proximos annos*, (quo illa ſcripſit Tannerus *1626.*) *ad ea, quæ* (haud ubiq;) *ſalva fide inter Doctores Scholaſticos diſputari ſolent, magna ex parte novam quodammodo Theologiam prognatam.* En Scepticiſmum apertum vel hoſtè non diffitente. Hic quã maxime valet illud Epiſcopi Bizantij. in Concil. Trident. quod *à religione ad ſuperſtitionem, à fide ad infidelitatem, à Chriſto ad AntiChriſtum, à Deo ad Epicurum declinarint.* Legi meretur Gisberti Voetij Novus Scepticiſmus Lojoliticus circa principia fidei Chriſtianæ diſputationum ſelectarum Theologicarum parti primæ inſertus. Haud immerito autem notandum arbitror Poſſevinum Biblioth. lib. 3. cap. 3. ubi commemorato ortu atque progreſſu Theologiæ Scholaſticæ, eam cum Theologia Chriſtiana Synonyma facit, ejusque præſtantiam ſupra omnem aliam Theologiam poſt tempora Apoſtolorum. minus obſcurè celebrat. Quum tamen Matæologiæ nomine vocanda potius, quam Theologiæ, ut pote circa quæſtiones non ſaltem vanas, curioſas, atque inutiles, verum & nonnunquã blaſphemas occupatæ. Quod optime expreſſit ex Avent. qui illud una cum Jodoco Chlithoveo ex Præcept. ſuis audivit Pleſſeus myſterio inquit: p. m. *622.* Lombardum SS. Philoſ. veritatem fontemq; puriſſimum, cæno quæſt., rivulis opinionum, conturbaſſe. Proinde eorum nonnulli accuratiorem melioremque verbi divini tractandi methodum inſtituerunt, ut Viguerius Cardinalis Sarnanus, Hieronymus Torrenſis, aliique. Quod ſi hujus materiæ, benevolus Lector, deſiderabit pleniorem cognitionem, adeat Voetii diſp. ſelect. part. 1. diſp. 2. de Theologia Scholaſtica. Verum omiſſis, quas attexere poteramus, virorum eruditionis laude eminentium, qui ex impura illa Babylonica Eccleſia ſeceſſum fecerint querelis, Lutheri inprimis & Melanchthonis, minus piget nonnulla de hodiernorum Eſavitarum, Societatis Jeſu nomine audiri malunt,

in præfat. ad Lect. Tom. 1. Schol. Theol.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

malunt, nefando, ac in infimum barathrum damnando, circa actiones ſeu civiles ſeu Chriſtiano dignas, Scepticiſmo proferre, hic quippè *impiè omnino decernunt opinionem probabili ratione fundatam, quamvis eam noverit aliquis eſſe falſam, licito modo poſſe ſequi: Doctoris etiam celebris autoritatem hac in re tanti æſtimandam, ut ut falſa omnino videatur, quam tulit, ſententia, illæſa ut poßit arripi conſcientia.* Qua de re pluribus dicere prohibet, tum hujus diſſertationis, quam ſectamur, brevitas, tum quod hoc nos labore ſublevarunt Montaltius, & licet parcius qui in ipſius litter. notas edidit Wilh. Wendrok. (quamvis ut puto fictitio nomine) nuperrimè vero Vir Excellentiſſ. Dominus Samuel Rachel Ethices Profeſſ. in illuſtri Julia Academ. Præceptor ac fautor noſter multis nominibus colendus, in examine probabilitatis Jeſuiticæ, ſeu Caſuiſtarum hodiernorum Eſavitarum. Videantur etiam acta Sorbonica ac Rothomagenſium & Pariſienſium Parochorũ hac in parte querelæ. Hic merito locum habet, quod Lutherus contra Regem Angliæ Tom. 2. lat. fol. 513. de Pontificiis pronuntiavit, *ſub Papa quidem eſſe pompam externæ unitatis, ſed intus non niſi confuſiſſima Babylon.* Haud quidem ignoramus nonnullos, imprimis ex eorum numero, quorum Scepſin hactenus aliquo modo detectam dedimus, nobis objecturos idem illud vitium, quod in aliis reprehendendum cenſemus, neque noſtræ Eccleſiæ Doctores ab eo immunes eſſe. Leſſius in conſult. ſua, quæ religio ſit capeſſenda *incredibilem in rebus maximis Lutheranis impingit doctrinæ inconſtantiam, neque à condito orbe extitiſſe Scriptorem ita inconſtantem, ita ſui immemorem, ſibique contrarium & ſuæ doctrinæ everſorem ut Lutherum.* Videantur & Bellarm. judicium de libro concordiæ, ejuſque paraphraſtes, & interpretes Teutonicus, Petrus Hanſonius, in libro ejus horrendo horribilium errorum & mendaciorum, quæ libro Concord. attribuit. Poſteriores dignis modis exceperunt, accurateque refutarunt Theologi Würtenbergici in ſolida refutatione errorum, quæ For. Conc. impingere haud ſunt veriti. Leſſius inconſtantiæ Lutheri & antilogias nulla producit exempla, verum ad Cochlæum, qui edidit opus inſcriptum Lutherus Septiceps, & Gaſparum Querhamer Laicum Saxonem in tabula contradictionum Lutheri provocat. Verum quum fuerint hoſtes

orthodo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

orthod. ac Luth. infenſiſſimi hoſtes, ἀντιλογίας haud veras, ſed fictas & apparentes ipſi attribuerũt, detorquẽdo verba ejus in ſenſũ perverſum. Et quamvis nonnunquam retractaverit, quæ adhuc Papalibus tenebris obductus, ſcripſerat, haud tamen eſt contradictio, quod vitium alias incurrerent Patres nonnulli, Retractionum libros edentes. Verum conſtans ille heros, in religionis negotio noſtra defenſione minus eget, quum ſatis ea, quæ objiciuntur, diſcuſſerit, Tom. 1. lat. in præfat. Et contra Regem Angliæ Tom. 2. fol. 519. & 520. videatur etiam D. Meiſnerus in refut. conſultationis Leſſianæ. Quod ſi etiam nonnullæ dentur inter noſtrates diſſenſiones, eas tamen minus vel circa ipſum fundamentum, aut articulos ipſi neceſſario adhærentes, vel circa ea, quæ Sac. Scrip. ſatis clara propoſuit, eſſe putamus. Prius lites, non tantũ inter privatos Doctores, verum Eccleſias integras, Academias celebres involventes, componant Lojolitæ aliique Papæi, (Vid. D. Pappi contradict. Labyrinthum Papiſticum D. Hunnij, Jus Canonicum, quod ſcatet contradictionibus, D. Gerhardi Bellarminum orthodoxias teſtem, Doct. Botſaccum, qui ſecundum ſingula doctrinæ cæleſtis capita, contradictiones Pontificias collegit, & Voetij Bibliothecam ſtudioſ. Theol. lib. ult.) quam nobis impingant. Et quamvis diſcrepantes foverint opiniones nonnulli Auguſtanæ Confeſſioni addicti Theologi, de quibus conqueritur Epiſcopius in inſtit. Theol. eæ tamen maxima parte ſublatæ ſunt, ut per pulchram Eccleſiarum harmoniam nobis haud immerito vendicemus. Proinde & charitatis & veri immemorem fuiſſe putamus, Henricum Alutarium tractatu Belgico, quum hodiernos Eccleſiarum Auguſtanæ Confeſſionis antiſtites atque Doctores ab antiqua Lutherana doctrina diſceſſum feciſſe, probare conatur quæ enim ex libro de ſervo arbitrio proferunt, ſatis â noſtris declarata ſunt, ac nuper ab Ampliſſ. noſtro Doct. Sebaſtiano Schmidt. Et hæc de cauſa efficiente hujus Scepticiſmi. Neque tamẽ hic eorum prætereunda Scepſis, qui quidẽ haud adeo controverſiarum Theologicarum gnari, facillimo negotio tamen in Scepſin nonnunquam prolabuntur. Quum enim, pro ut Veteres nonnulli gentiles in ſcientijs humanis, Theologorum maximum diſſenſum videant, neque ullum fermè in doctrina

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Chriſtiana articulum, de quo graves, eruditi viri, diſcrepātes non foveāt opiniones, ejusmodi cogitationes ſuboriri conſueverunt, quibus certitudo Sacri codicis deſtruitur, cultuſque divinus probabilitate ac Doctorum reſponſis ſaltē æſtimatur. Quis enim nonnunquam non inaudit eos more illorum ſermocinantes, qui Pyrrhoniæ Veteri in diſciplinis humanis adhæſerunt, ij enim ita; inter ſummos Philoſophos eſt de rerum naturalium ac ſummo bono diſſenſus, E. illud non eſt certum, hi ſimili modo concludunt, ubi Patres diſſentiunt, Theologi, viri omnis eruditionis laude illuſtres, diſcrepant, ibi nihil eſt certi, ac ſic ad veterem Pyrrhoniſmum relabuntur. Verum enim verò, ut minus negandum, lacrymis impia illa diſputationum diſſidia, quæ inter Chriſtianos vigent, excipienda eſſe, certitudini ſalvificæ fidei tamen inde nihil decedit, aut detrahitur, nam neq; ſēper in Deū veracē, neque S. Sacram ab ipſo profectam, hæ diſcordiæ referuntur, aut incertitudinis arguenda ſunt, ut pote quam perverſa nonnullorum ingenia introducunt, vel aliud ſubſtituentes principium, de cujus autoritate, ac conſequenter certitudine haud conſtat, aut corruptæ rationis judicio, vel planè, vel nimis temerè, myſteria divina committētes. Scepticiſmi hujus ſacri noſtro ſeculo proh dolor, ſi unquam, apud plures Chriſtianos locum obtinentis, cauſas promoventes & adjuvantes arbitramur, (1.) Præceptores nonnullos, qui, neſcio quo œſtro abrepti, diſcipulis aut aliis, ut prodant eruditionem, ac ingenii, ut putant, ſubtiliſſimi vires oſtēdāt, quæ hactenus ex S. Scrip. antiquitate ſuffragante, certa viſa ac credita ſunt, collabefactare minus verentur, quorum conatus pro virili promovent ij, quibus antiqua ſordent, nova arrident, quique aliqua ſpecie veritatis imbuti, ea quæ forſan fortioribus rationibus ſtabilita ſunt, ſi modo ſemper hactenus credita, ac antiqua, abjiciunt, quum autem novorum dogmatum, quæ imbiberunt, certitudo etiam non videatur omni exceptione carere, neutraliſtas indifferētes, & Sceptico Libertinos agunt, ultimumque refugium eſt ἐπέχω. De quibus præclarè ſummus Theologus Doct. Ægidius Hūnius loquitur, *Eccleſia Dei, ajens, nihil eſſe perniciosius, nec ad corrumpendam doctrinam Sacram inſtrumentum Diabolo magis accommodatum, quam ſi ambitioſa ingenia & eruditionis vana perſua-*

perſuaſione elati homines, de rebus ſacris profana mente diſſerant, & laudi ſibi ducant, ſi Academicorum ferè in modum, res quamlibet divinas, & ſacroſanctas in dubium diſputando vocant, ſi ſacrarum litterarum dicta per gloſſas in ſpeciem plauſibiles, eludant, ardua illa myſteria regni cæleſtis nihilo ſanctioribus animis tractantes, quam ſi nucibus ludant. Hæc petulantia latam ſternit aram ad hæreſes & corruptelas, quibus doctrinæ cæleſtis veritas, offuſis errorum tenebris, obnubilari poſſit. Præfat. de Trin. Tom. I. op. pag. 74. Hæc nervosè & ad noſtrum inſtitutum accommodatè. Cernitur autem maximè in Socinianis hodiernis, quibus etiam hæc videntur ab Hunnio oppoſita. Præ ceteris enim hoc callidè agunt, ut legenti Enjedini, aliorumque ſcripta patebit. Ejus notæ quoque putamus Henricum Nicolai, prout quidem apud Doct. Calovium depictum invenimus, qui non tantum de religione orthodoxa, ejuſque myſteriis ſummis, ἐπέχειν amplectitur, noſtrorumque Theologorum argumenta, quibus fidei noſtræ certitudo ex Script. Sacra aſſeritur, ac à cana venerandaque antiquitate aſſerta eſt, de ponte præcipitat, verum nova planè, cum impietate conjuncta, ſuis inſtillat. Pruritum ad ejus modi nova Arminio quoque tribuit Hornbeck, eum pronuntians, ut ſemel compagem aliquam luxantem, ad diſſolvenda alia pruriiſſe, idque tum ex ejus Epiſtola & articulis perpendendis ad Hippolytum à Collibus (Palatini Principis ad Fæderatos Ordines Legatum,) & declaratione ſententiæ, ac reſponſione ad articulos XXXI. demonſtrare ſatagit. Summæ Controver. lib. 8. p. 457. Ut autem planè Arminium immunem proclamemus ab eo vitio, obſtare videntur præcenſita ejus monumenta, nobis relicta, immerito tamen ab Hornbeck. compagis diſtractæ accuſari putamus, utpote σκολιοςδοξίαν ſupralapſariorum Calvinianorum, ex ſacris litteris, ac antiquis Eccleſiæ Doctoribus, aperientem. Magis judicium ejus placet de Epiſcopio, Arminii diſcipulo, ac in Academia Leidenſi Gomari ſucceſſore, eum ad ſerendas augendaſque contentiones factum, ac myſteria, ut leviſſima, ac res nihili momenti, tractaſſe. Plures, haud dubium eſt, Scepſeos Doctores exiſtere. Amant autem magis, ut veteres nonnulli gentilium ephectici, deliteſcere, quam in publicum ſe proferre. Quorum in numerum referri poteſt Eraſmus, in doctrina de Trinitatis myſterio, verbo Dei, aliiſque

rebus divinis Scepticum, ac Luciano ſimilem ſe exhibens. Alios hinc inde apud autores detectos reperiri licet. (2.) Colloquia ac diſputationes quorundam quod libeticæ. Quidam enim quum publicis Scriptis orbi exponere verentur Scepſin, per alloquia illud maxime ſerpens malum aliorum animis inſtillant, imo quo careant ſuſpicione, ſub alterius, & quidem antagoniſtæ perſona, quam in ſacris Scepſin fovent, aperire conſueverunt, ac ut ut interdum dogmaticum ſequantur characterem, ſimiles tamen nacti Scepſeos patronos, mente reconditũm proferunt Scepticiſmum. Ac nonne hoc ſatis demonſtrant Scholaſticorum nonnullæ, quas inſtituerunt diſputationes ingenij exercendi, ut Becanus de ipſis pronuntiat Theolog. Schol. part. 1. de Deo, gratiæ myſteria per Philoſoph. demonſtraturi quæ, quum ſaltem probabilia ſubminiſtret argum. ac ne quidẽ ſibi relicta probabilia, quũ naturæ ſint incognita, in ſummam in certitudinem prolapſi ſunt. Huc referri poſſunt, quæ Apoſtolorum erroribus, eorumque, qui nobis divinas litteras reliquerunt, nævis detegendis inſtituuntur, ac privatim forſan agitantur. Quum enim ex eorum, qui ſcripſerunt, certitudinis infallibilitate, fidei noſtræ πληροφορία dependeat, illa deſtructa, aut quovis modo debilitata, non poteſt non, quin hæc naufragium faciat. Proinde illis opponimus, quod Paulus habet, ἡμῖν ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ πνεύματος αὐτοῦ. Nobis Deus manifeſtat per Spiritum ſuum, qui omnia ſcrutatur etiam profundiſſima Dei. Proinde cuncta, ſeu colloquia ſeu diſputationes, quæ Sacræ S. Paradoxologa, ἄτοπα, ἀδύνατα attribuunt, comtemptui, ſeu in dogmaticis, ſeu in iis, quæ fidem minus ſpectant, exponunt ſacrum codicem. Cumprimis vero hic viam Scepticiſmi ſternunt, promoventque Papiſtarum diſſertationes ſatis notæ, neque unquam Sceptici ac Libertini tanto conatu id egerunt, quanto proh dolor! nova quorundam eorum methodus, qua Sacram veritatem oppugnant, de Perrono Veronico εὑρήματι cõſulatur Vedelius in rational. Theolog. Et Voetii diſput. de ratione humana in rebus fidei. Sanè Pigghius quam certitudinem divinæ adſcriberet Scrip. ad Paulum 3. Pontif. declarat, eam vocans, *plumbeam regulam, quæ ut omni figuræ, ita etiam omni errori facilè accommodari poſſit*, eandem impietatem apud reliquos

Vid. Rhadæ controv. inter Thom. & Scotum. & Arragon. controv. inter Thom. & Scotum.

1. Cor. 1. 10.

Præfat. Eccleſ. Hier. p. 117. §. 44.

quos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

quos cernere liquet, Colonieſes in cenſur. contra Monheim, Caniſium opere Catechet. Sic, ut habet Magnus noſter Chemnitius, *in re dubia ad fidem certitudinemque faciendam, traditionis Eccleſiaſticæ, autoritatē magis idoneā & efficaciorē arbitrantur, quā Sacras Scrip. quod illa inflexibilis, ac clara ſit, Sac. Script. vero trahi accōmodariq; in diverſam eamque, quā quis ſecum ante præſumpſit ſententiam, & eludi cauta expoſitione facile permittant.* Qualis nunc fides Papiſtarum ſit, quilibet videre poteſt, quippe quæ per auditum aut lectionem concipitur ex fundamento incerto, regula Lesbia, ſicque Scepticorum ac Libertinorum cauſa triumphabit: Permittant autem nobis Sac. Scrip non regulā Lesbiam, ſed Polycleti, appellare, ad quam, ut cuncta ſunt menſuranda & accommodanda, ſic flecti nec moveri poteſt, imo, ut in cunctis fermè, ſic hic videnda ſunt fratrum prœlia, ita ut meliori jure de ipſis uſurpare licet Pontificios ſepticipites eſſe, quam infenſiſſimus Megalādri noſtri Lutheri hoſtis Cochlæus opere, illo quod inſcripſit Luth. Septiceps uſurpavit. Bellarminus enim prævidens, hoc modo Scepticiſmum apertis valvis in SS. Theologiam ingredi, correxiſſe videtur Pighij aliorumque opinionem, dicens, *ſi ambigua dicenda eſſent omnia loca, in quibus aliqui non conveniunt, nihil ex Sacris probari poſſet, nulla enim ſunt loca, in quibus non poſſit unus ab alio diſſentire, ſi velit pertinaciter agere: Imo vocat ſtabilem atque certam fidei regulam, negat eſſe regulam Lesbiam.* Notatas ſimul velimus eorum hic diſputationes, quas in utramque partem rei alicuius defendendæ ſuſcipiunt, quæ enim menti obveniet certitudo ex ijs? ipſa potius Scepſis ſtabilitur, & quamvis minus ſint de rebus fidei, periculum tamen haud leve eſt, ne contagio ſuo ulterius progrediantur, ſanè illis diſquiſitionibus veritas tandem amittitur (3.) viam Scepticiſmo quam maxime ſtruere etiam videtur Arminianorum libertas, qua nulli Confeſſioni obſtringuntur, *quum neminem Confeſſioni eorum editæ allegent ulterius, quam quatenus eam cum Sacris litteris convenire agnoſcunt, & eum de aliquo ad illorum communionem admittendo agitur in ſola Catholica fidei confeſſione, & vitæ ad Chriſti mandata componenda profeſſione, ac quieſcunt*: Quam arctè autem conſtringant fidei Catholicæ confeſſionem inferius oſtendemus, nempe rejiciunt Athanaſii, quam Eccleſiæ proteſtantium ac Pontiffi-

Exam. concil. Trid. part. 1. p. &c.

de Baptiſ. c. 21. ſub fin.

l. 1. de verb. Dei c. 1. & c. 11. ſic. & l. 3. 1. 8 de grat. & lib. arb. Bredenbac. de compōdiſſi, & Fricium l. 4. de Eccl. cap. 7.

Sic Prævoſtiusin conc. ſuper Pſal. 122.

tificiorum recipiunt Symbolum, Curcellæus enim dicit *arrogantem eſſe eam præfationem, quicunque Salvus &c.* Aſt quare arrogans Curcellæe? ratio quam dediſti, illud minus evincit, *quod alias multæ Chriſtianorum myriades, qui iſta non intelligunt, ac proinde credere nequeunt orco damnentur*, quum myſteriorum, ac quæ credenda ſunt, intelligentia ea, quam vult Curcellæus, minus requiratur, ſed ſaltem fides, qui enim intelligit, novit, ac ſic non credit, quod plura ob veracitatem primi revelatoris, non conſenſum, cum judicio ac intelligentia humana, credimus, quam percipere poſſumus, & qui in uno ad ſalutem creditu neceſſario errat, vera fide gaudere minus cenſendum eſt. (4.) Ad Scepſin promovendã conducit, quam Curcellæus forſan, & alii introducere videtur dogmatum præ conceptorum deletio, eraſio, hoc pacto enim animos, quibus vellent, imbuere poſſent, ac ſic Libertiniſmus, & facultas ſtatuendi quod lubet, totam noſtram corrumperet Theologiam. Ac denique hic. (6) Nonnullorum Politicorum egregiam, ſi Diis placet, ſententiam, Scepſin corroborare puto, apud Principes imprimis ac Magnates, è quibus poſtea ad ſubditos promanat, quippè Regis ad (mores) exemplum, totus componitur orbis, iis autem Politici conſulunt, ut haud omnia in religionis obſervatione ad Sacræ Scrip. normam ſeu lydium lapidem probari ſinant, ſed ſæpè, ſi & ſibi & ſtatui publico videatur utile & frugi ferum eſſe, falſi quippiam in ea doceri & fieri permittant, illudque etiam comprobent, etiamſi id noverint aliter ſe habere, quæ Scepſin ſanè maxime promovet, ut ſic ob utile aliquod regionis, ſalutis æternæ detrimentum ſit metuendum: Eorum eheu quam plurimi adhuc ſunt, ejusmodi ineſcati conſiliis, ut in religionis negotio ob concordiã aut collationẽ dignitatis aut honoris, indifferentes ſint, ac ſic Gallionem imitentur, de quo vide Excell. Doct. Dannhavverum. De quibus conqueritur Melanchthon in comment. ad Rom. nulla prorſus volunt moveri de religione certamina, laudant pacem & concordiam, execrantur omnes, qui quocunque modo ſerunt diſcordias, hos tanquam καθάρματα & peſtes generis humani tollendos eſſe cenſent. Hæc eſt una Philoſophia Pontificum, Cardinalium, Regum, Canonicorum & plurimorum, qui perhiberi volunt viri Politici, qui ſcilicet Deum

diſſert. 1. adverſ. Mareſ. pag. 65.

Fr. Merſ. in manud. Polit. l. 2. c. 12.

Salv. Reform. pag. 627.

ſuum

ſuum interturbari nolunt. Sunt quidem cauſæ aliæ, quæ Sceptſin Sacram adjuvant, quas cunctas commemorare ſuperſedemus, quum ad ἐπέχειν in divinis varias prætexunt moventes rationes, nempe ad verũ ſenſũ inveſtigandũ ſe deſtitui mediis, quam, aliasque rationes ſufficiẽtes minus putamus. Unicũ eſt, quod addimus; de Vetuſtioribus hæreticis, qui diſcrimen honeſtorum & turpium ſuſtulerunt. Ut Simon Magus, *docens* ἐναδιαφορεῖν πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν *indifferentem eſſe idololatriam.* Orig. contra Celſ. lib. 7. pag 282. & turpitudinem indifferenter utendi feminis: Teſte Auguſt. de hæreſ. cap. 9. Poſt Ignatium Epiſt. ad Philad. pag. 99. Baſilides præceptorem imitatus docebat *pietatem ſusque deque habendam*: Cerinthus & Ebion eadem chorda oberrabant. Epiph hæreſ. 30. Tom 2. Nicolaitas his accenſe. Ignat. Epiſt. ad Philad. pag. 99. & Gnoſticos, Iren. lib. 1. cap. 18. Clem. Alex. lib. 4. Strom. Ex ſeculo *ſecundo* huc refer Carpocratianos, Vatẽtinianos, Secundianos, Heracleonam, Montaniſtas: Adamianos; Ex *tertio* Elceſaitas & Manichæos; Ex *quarto* Eunomianos, Priſcillianiſtas; Sequitur materiale cauſarum genus, quod nunc paucis pro inſtituto conſiderabimus.

§. 6. Quem autem conſtituimus ordinem in efficientis cauſarum generis diſquiſitione, hic quoque obſervandum putamus, ut prius agamus de materia circa quam Scepticiſmum foverint profanum gentiles Philoſophi. Ac primo quidem nonnullorum veſania eo usque progreſſa eſt, ut realitatem, ſeu exiſtentiam rerum omnium ſuſtulerint, adque nihilum redigere voluerint omnia. Sic Gorgias Leontinus ſophiſtarum nobiliſſimus & antiquiſſimus, inter tria capita, quæ ordine conſtituit, in libro, qui inſcribitur de eo, quod non eſt, aut de natura: Primum eſt quod nihil ſit: De hoc, aliiſque ejuſmodi farinæ hominibus, merito uſurpamus illud Senecæ: *Quid ergo nos ſumus? quid iſta, quæ nos circumſtant, alunt ſuſtinent? tota rerum natura umbra eſt, auc inanis, aut fallax?* Reliqui Sceptici, ſeu Academici ſeu Pyrrhonii non tam rerum exiſtentiam, quã ſcientiam negarunt, aut in dubium vocarunt. Veteris Academiæ mentem nobis declaravit Auguſt. contra Academ. *De non percipiendo, quamvis nullis conflictationibus agitata, incolens tamen etiam Veterum Academicorum mentes ſententia non imprudenter exiſtimata eſt.* Socratis ſententiam ſuperius produximus

Sect. lib. 7. adverſ. Mathemat.

Epiſt. 98. Vid. Schol. cap. 1. lib. 2.

lib. 2. cap. 6.

duximus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

duximus, *clamat amplius apud Cic. in Lucull. nihil percipi, nihil ſciri, cuncta tenebris circumfuſa eſſe.* Eadem videtur inculcare Plato ſub præceptoris nomine in Theæteto, & in Phædro, aliiſque locis. Platonis defenſionem nonnulli ſuſcipiunt, quod duplicem mundum ſtatuerit intelligibilem & ſenſibilem, illius dari veritatis cognitionem certam, hujus vero ſaltem probabilem ac imperfectam.

Vid. Schok. lib. 1. cap. 2. Vid. Auguſt. contr. Acad. lib. 3. cap. 17.

Verum nobis ut ſuperius etiam dictum minus alieno animo â Scepſi videtur cum præceptore Socrate, cumprimis, quum Pyrrhoniorum more ob diſſenſum Philoſophorum incertitudinem hanc amplexus ſit. *Alias crediderunt hi Veteris Academiæ incolæ, ab errore ſe poſſe defendi, quum minus temerè aſſenſioni ſe committerent, quamvis propriam hac de re diſputationem in Scholas ſuas non introduxerint, nec ab illis enucleatè aliquando quæſitum ſit, percipi nec ne veritas poſſit. Quod deinde Mediæ Academiæ autor Arceſilas conſtanter negavit, ac nulli rei aſſenſum præbuit, ita ut genus Philoſophiæ aſiſtaton inconſtans introduxerit.*

Auguſt. c. 6. lib. 2. contr. Academ.

Diſſidium hoc non tam contra Veteres Academicos, quam contra Stoicos commotum eſt. Etenim Zenone dicente, nihil percipi poſſe, niſi quod verum ita eſſet, ut diſſimilibus notis â falſo diſcerneretur, neque opinationem ſubeundam eſſe ſapienti, Arceſilas negavit hujus modi quicquam poſſe ab homine reperiri. Hujus ergo doctrina fuit τὸ nihil ſcire, omniaque ipſis fuerunt incerta. Verum quum hoc invidiæ maxime erat expoſitum, nihil nos ſcire, ac undique premerentur Academici, præſertim â Chryſippo, Zenonis diſcipulo, dicentis, ſi nullius rei eſſet aſſenſus, nihil acturum eſſe ſapientem, pro nihil ſciri, ſubſtituit dubitare Carneades, Novæ ut dicitur Academiæ autor, & ut ignorantiam rerum probabili aſſertione temperaret, veriſimilia reperit, ac phantaſiam phantaſia meliorem ac veriſimiliorem dixit. Nihil affirmabat, ſed rem propoſitam in utramque partem verſabat, ſemper dubitabundus ac incertus. Hæc eſt differentia harum Academiæ incolarum Veteris, Mediæ ac Novæ, quam poſteriorem ratione doctrinæ, quæ eſt media inter Veteris Academiæ diſciplinam, & Arceſilæ ſententiam, verius mediam quam Arceſilæ appellari poſſe cenſet Pierius, qui autem mediam Arceſilai vocant, reſpectum habent non tam ad doctrinam, quam tempus, quo uterque vixit, ac ſic media eſt inter Vet. Acad.

Cic. lib. 3. de Orat. Aug. plura habet cont. Acad. lib. 3. cap. 18. Et Schook. lib. 1. c. 3. 4. lib. 4. affect. ac prin. rer. natur. c. 2.

& No

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

& Novam à Lacyde & Carneade incæptam. Utriuſque opinionem, ac quid ſtatuerint Arceſilas & Carneades, exponit Cic. Ex quatuor enim decretis Arceſilæ, duo arriſerunt Carneadi, *nihil poſſe comprehendi, ſapientem nulli rei unquam aſſenſurum, reliqua duo Arceſilæ placita, nempe. 1. omnia eſſe æqualiter incerta, obſcura & improbabilia. 2. ſapientem nihil probaturum, nihilque opinaturum minus approbavit,* quum illud, quod vero videretur ſimillimum, interpoſuerit medii inſtar, in hiſce extremis, nihil ſciri, ac cuncta comprehendi poſſe, atque illud probaturum, quod vero deprehenderet proximum, ut ſapiens nunquam non haberet, quod ageret, ita tamen, ut ſe non ſcire, ſed opinari, non verum comprehendere, ſed veri ſimilitudinem ſequi, & intelligat ipſe ac profiteatur. Quod a. Pyrrhoniorum placita concernit, magnam habuerunt affinitatem cum Arceſilæ diſcipulis ac Media Academia, quoniam & hiſce res ex æquo indifferentes, in certæ, ac injudicabiles. Πάντα ἀόριστα, πάντα ἀκατάληπτα, παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται. Cuncta ergo in dubium vocarunt *ipſa communiſſima principia, imo diſcrimen boni & mali, honeſti ac turpis, ob variarum gentium varias leges & inſtituta, quibus aliis honeſtum quid ſtatuitur, aliis turpe, aliis licitum, aliis illicitum.* Per hoc diſcernuntur à Novis Academicis, unum præ alio probabilius eſſe non poſſe, quod contendebant priores: plura de ſcepſi Pyrhoniorum, non ſaltem circa res incertas, aut naturas ac proprietates rerum, verum circa ipſa phænomena, quæ ſenſibus obvia eſſent, ut contra acutiſſimum philoſophum Gaſſendum probat Schookius, legi poterunt apud Gellium, Sextum Empir. Nunc paucis videbimus certitudinem ſcientiæ noſtræ contra hanc cæcutientem Aporeticorum turbam. Certitudinem dicimus intellectus proprietatem ac modum cognoſcendi, ſecundum quem mens cognoſcit obiectũ prout eſt, & novit ſe id noſſe, prout eſt, ac proinde ob perſpicuitatem tum rei objectæ, tum intellectus perceptionis, firmiter rebus, ac rerum cognitioni adhæret. Ita ut duo requirantur ad certitudinem, rei veritas, ac mentis noſtræ apprehenſio non quælibet, verum ut aliter ſe habere non poſſit, ſeu duplex eſt certitudinis genus, altera provenit ex parte objecti, quod hic non ſolum contingentiæ ſed& falſo opponitur, altera autẽ eſt certitudo, qua

lib. 2. Acad. quæſt.

Dioge. Laert. in vita pyrrho.

Sext. hypotheſ. pyrrhæ. tit. 6. 3.

Cic. lib. 4. qq. Acad.

Laert. in vita pyrrh.

Philo de temulentia.

lib. 1. de ſcepti. cap. 13.

lib 11. Noct. Attic. c. 5.

lib. 1. hypot. pyrrhon. c. 33.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

firmiter intellectus objecto vero adhæret, ac eſt formalis certitudo, quæ hic præprimis conſideratur. Hujus certitudinis triplex principium dici poteſt, aut enim oritur ex ſenſuum auxilio, ac ſic particularis ac experimentalis eſt cognitio, aut ex diſcurſu, atque ſic eſt generalium concluſionum ex principiis notis deductarum cognitio, quæ alias ſcientia dicitur, aut denique oritur ex fide, de qua poſtea. Contra Scepticos nunc diſputantes minus cognitionis noſtræ, ſeu intellectualis, ſeu ſenſitivæ, certitudinem extenſam volumus, quam par eſt, *quum alia ſit certitudo phyſica, quæ oritur ex evidentia principii phyſici ſeu naturalis, cui quidem naturaliter falſum ſubeſſe nequit, ni ſupernaturali modo virtus quædam divina per naturale aliquod v. g. aquam baptiſmi ſeſe diffundat, tum error quidem ſuboriri poteſt, qui divina fide corrigitur tantum*: Alia eſt certitudo moralis, principiis prudentiæ innixa, ubi quis rem aliter ſe habere non poſſe judicat, experientia ac collectione ſingularium exemplorum edoctus, cujus certitudo haud coincidit cum ea, quam vocamus metaphyſicam, ubi abſolutè aliter ſe res non habet, neque habere poteſt, nititur enim principio per ſe noto, cum quo ſi res habet evidentem connexionem intrinſecam aut etiam cum re jam cognita; certiorem efficit cognitionem.

Iohan. Altenſteig. in Lex. Theol. p. 86. vid. Galtruchium in inſtitut. philoſophiæ.

Non ergo omniũ, quæ ſub Sole ſunt, rerum certa atq; evidens datur cognitio, præ primis quam Schola Peripatetica requirit, perfectiſſima. Hac n. primorum parentum mens ante lapſum coruſcabat, neq; nobis obtingit, ut itaque in quam plurimis ultimatè intellectus acquieſcere neceſſe habeat probabilitate conſtantibus, ſua tamen ferent ſcientiæ ac intellectivæ certitudo non deneganda, quam ipſe ſacer codex utrique tribuit, provocans ad ſenſuum experientiam haud paucis in locis, nec non noſtram ex Chriſti reſurrectione Apoſt. Paulus propter unionem myſticam inter caput Chriſtum ac fideles membra ſua exiſtentem, firmiter colligit, de qua vid. Excellent. Dn. Præſidis diſput. de reſurrectione Chriſti θ. 10. Hæreticos antiquos, Valentinianos, Gnoſticos & Baſilidianos, ut & Marcionitas, quos propterea Tertullianus vocat Academicos, hæc de ſenſuum fide deliria ſecutos eſſe, docent hæreticorum ſcriptores. Cognitio, quæ intellectus eſt, originem ducit ex ſenſibus, quod ſi ergo minus credendum

c. 2. poſt. Analyt. Et lib. 6. Eth. cap. 3.

Luc. 24. 32. 1. Ioh. 1. v. 1. 2. Epiſt. Petri. c. 1. 16. Luc. 1. v. 1. & Ioh. Evang. 1. v. 14. 1. Theſſ. 4. v. 14.

dendum ſenſibus, vacillaret ſimul cognitio, quæ diſcurſu nititur, proinde omnino fides ſenſuum experientiæ adhibenda eſt, ita tamen, ut circa objectum debitè applicatum verſentur, ac ſi falli-re contingit, â ratione corrigantur. Vulgo requiri ſolent tria requiſita ad unumquemque ſenſum, primū, organū rectè conſti-tutum, ſecundū, medium aliena qualitate non affectum, tertium, debita diſtantia inter organum & objectum. Hæc aliaque, quæ circa ſenſus obſervanda veniunt, ut iis fides adhibeatur, vide præ-clarè explicata apud ſæpius citatum Schookiū. Lib. 2. cap. 5. 6. & ſeq. Præprimis ob cer-tas quaſdam functiones natura hiſce ſenſibus ornavit hominem, quod ſi iis nulla eſſet adhibēda fides, fruſtra iis præditus foret ho-mo, accedit ſemet ipſos confodere proprio gladio, nullum enim tam impotentis animi fore confidimus, qui tactui fidem non faci-at, quum ignis dolore afficitur. Alia ſatis conſtringentia argu-menta, vel ab ipſorum Scepticorum confeſſione ſilentio involvo. Neque minus ſua conſtat certitudo intellectuali cognitioni, quā vid. Anton. Ruvium comment. in poſt. A-nalyt. etſi Heraclitus negavit, ut & Cratillus, *eo quod nullum univerſale eſ-ſet, quod ſi enim homini contingeret ſcientia, eam occupatam fore circa univerſalia ac neceſſaria, ea autem minus reperiri, quum cuncta eſſent in perpetuo fluxu.* Verum falſa nititur hypotheſi, quum ſecundum exiſtentiam mutationi quidem res naturales ſint expoſitæ, at ve-ro ſecundum eſſentiam, abſtrahendo ab exiſtentia, conſideratæ, ex iis poſſunt fieri propoſitiones æternæ veritatis. Quo ſolidius certitudo cognitionis noſtræ adſtruatur adverſus hoſcę Scep-ticos, præſupponendum, dari quædam axiomata primo prima di-rectiva cognitionis noſtræ, neque proceſſum in infinitum eſſe concedendum, quas univerſales propoſitiones, etſi non ſcimus, intelligimus tamen, quam primum venientibus annis intellectus noſter ſeſe exerere incipit, ἐςι δὲ ἀληθῆ μὲν ϗ πρῶτα, τὰ μὴ δὶ ἑτέρων, ἀλλὰ δὶ αὐτῶν ἔχοντα τὴν πίςιν. ȣ̓ δεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιςημονικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διὰ τὸ. ἀλλ᾽ ἑκάςην τῶν ἀρχῶν αὐτὴν καθ᾽ ἑαυτὴν εἶναι πί-ςιν. Ariſt. l. 1. Top. c. 1. n. 6. Haud tamen putandum juxta Ariſt. eſ-ſe impreſſa menti actu, quum illa ſeſe potius habeat inſtar tabulæ Ariſtot. lib. 3. de anima. raſæ, quæ nihil â nativitate habeat impreſſum, imprimi tamen cuncta poſſunt. Hæc principia univerſalia non quidem ratio-ne terminorū, ſed ratione conceptus conſiderata, omnino admit-

ten-

tenda ſunt, ni velimus circulum, longe ineptiſſimum, committere, ita, ut omnis humana rerum cognitio, in illa tandem terminetur, quod innuere videtur Philoſophus dicens πᾶσα διδασκαλία, καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως. Neq; hæc axiomata κατ' ἀλήθειαν probari poſſunt, & â priori, ſed κατ' ἄνθρωπον & ex cognitione ſenſitiva, dum nulli ſenſitivo experimen to legitimè ac convenienter inſtituto, refragantur. Ubicunque nunc per ſe notæ dantur propoſitiones, ex quibus per diſcurſum evidentem poteſt inferri concluſio ſcientifica evidens & certa, ibi datur certitudo cognitionis ſcientificæ. Accedit appetitus ſciendi â natura inſitus, quem fruſtraneum faceret deſperatio cognitionis, quam hi Sceptici introducere conantur, quum tamen omnes homines natura ſcire deſiderent ſecundum Phil. Ac qui quæſo ſuam probabilitatem, ac veriſimilitudinis gradus defendet Scepticus, ſi veri cognitione deſtituitur, ad quam omne veriſimile examinandum, & ſi probabile quid judicat, nonnihil noverit, neceſſe erit. Argumento, quo hoſtes veritatis conſtrinxerint tum Auguſtinus, tum Lactantius & Clemens Alexandrinus, hic repetere ex Schookio ſuperſedemus, hoc ſaltem adjicientes, omnem religionem, hac Scepſi admiſſa, ruere, ſiquidem in ea nihil certum eſſe exiſtimaretur, neque poſſet Chriſtianus conſtans eſſe in proſequendo fine ultimo, ni cognitionem ejus haberet, qualis eſſet, ac in quo conſiſteret, imo periret morum diſciplina, atque, ut habet Auguſtinus, adulter adoleſcens excuſabit ſe probabiliter, quia adulterium faciendum ut probabile occurrit, atque propterea nulla ſua culpa id feciſſe. Maxime autem hallucinatur ἄθεος ille Ephecticus Sextus Empiricus, intrinſecam bonitatē, ac deformitatem rerum negãs, ac ſic legem naturæ deſtruens quū recta ratio, quæ menſurã accipit ab objectiva bonitate, quæ in re ipſa eſt, ſtatim voluntatē impellit ad ea, quę intrinſecè ſua natura, nulla hominum diſpoſitione, bona, recta, juſta, ut colere Deum ac parentes, contra vero, quæ intrinſecam in ſe habent turpitudinem, ac proinde dictamini rectæ rationis ſunt diſconvenientia, voluntati prohibeat appetenda, qualia ſunt odiſſe Deū, maledictis genitorem proſequi &c. *Cunctis natura fundamenta recti dedit, ſemenque virtutum, omnes ad omnia iſta nati ſumus.* Multa regerunt hi Scep-

lib. 1. poſter. Analyti. Text. 1. Vid. Sthal. regul. Philoſ. cap. 1.

lib. 2. de cœlo Text. 50. Vid. Cic. l. 5. de finib. 1. Metaph. Text. 1. Auguſt. lib. 3. cont. Acad. cap. 14.

lib. 2. cun.

Galtruch. inſtit. Phil.

Sene. Epiſt. 108. & 112. ſub fin.

hi Sceptici,ſuaque habuerunt argumentorum genera Epoches, quibus evincere conabantur,nullius rei acquiſitam eſſe ſcientiam, neque comparari poſſe. Decem modos Epoches Veteres Scepſeos patroni excogitarunt, quibus recentiores quinque addiderunt,ſeu compendii ergo pro decem prioribus ſubſtituerunt, quos ex Sexto Empir. Laertio recenſent Valleſius & Schookius, ad quos cupidum Lectorem remittimus, ac ne nimis excreſcant pagellæ hujus diſſertationis,quę adhuc dici poterant, præterimus, quod ex Profeſſo ipſorum argumenta diſcuſſerit eleganti tractatu Clariſſ. Dominus Martinus Schookius Philoſophus Groningæ libro de Scepticiſmo, cujus quidem priorem partem videre contigit, qua in certitudinem diſciplinarum univerſalium ac Philoſophiæ theoreticæ aſſerit, quam etiam ſæpè allegavimus, poſteriori quidem, Theologiæ non minus quā juris prudentiæ, Medicinæ ac Piloſophiæ practicæ certitudinem demonſtraturum in ſe recepit. Nos pro inſtituto pergimus ad materiam ſacram, quam circa Scepſin hodierni præprimis Arminii diſcipuli fovent. Sac. Philoſ. cap. 64. de Scepticiſ. l. 1. cap. 11.12.

§. 7. Imprimis autem fundamentalia â non fundamentalibus, neceſſaria, â minus neceſſariis, quæ ad fundamentum fideique articulos in τὸ εἶναι conſtituendos abeſſe nequeunt,eorumque tum eſſentiam, tum integritatem reſpiciunt, ab iis, quæ ad hoſce nihil conferunt,ac de quibus liberè diſquiri ac controverti poterit,diſcrimen ponimus. In fundamentalibus damnabilem aſſerimus Scepſin,neque ullo modo conceſſum,aut Chriſtiano homini licitum,ea,quæ fundamenti religionis Chriſtianæ conſtitutionem ingrediuntur, in dubium vocare, aut credat quis,an ſecus,parum ſaluti obeſſe arbitrari,hi enim ignorantibus ea comparandi ſunt, quod Scepſeos fructus plerumque ignorantia ſit,ac dubitantis & opinantis effectum. Neque ſolum ipſum fundamentum fiduciæ noſtræ Scepſi conſpurcare conceſſum, verum & ab ea excluduntur, quæ cum fundamento tam arcte cohærent, ut iis negatis, aut in dubium vocatis, fundamentum corrueret,ac ſic ſalutis naufragium fieret, imo in cunctis, quæ fidei orthodoxæ, ſubſtant, aut eam neceſſario ſequuntur, periculoſam putamus Scepſin, quod dici etiam poteſt de iſtis, quæ ad fidem ex natura rei, aut materialiter pertinere minus videntur, adeo ta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

men ſunt fiduciæ in Chriſtum annexa, & cum cauſa fiduciæ copulata, ut Scepticæ diſquiſitioni ea committere, periculo minus careat. Ac quum plura ſacer codex contineat, quam præciſè ad ſalutem acquirendam faciunt, ita ut ſine ſalutis ac vitæ æternæ diſpendio ignorari queant, plurima item ſint, quæ ad rerum humanarum cognitionem, referri poſſint, minus arbitrandum, Scepſin in hiſce tolerandam, verum θεοπνευςία S. Sacræ, quæ tam in articulis fidei, quam in cæteris certa, omni dubitatione remota, credendum in tantum, in quantum deciſivam tulit ſententiam, quæ vero revelato verbo Dei minus contrariantur, fideique πληροφορίαν haud attingunt, ea circa quelibet, pro motivis, quibus ad aſſentiendum permovetur animus, aſſenſum vel negare vel præbere illæſa conſcientia poteſt. Verum ut ad illud redeamus, quod perſequendum eſt, hic ſupra recenſiti Sceptici ſacri peccare multis modis videntur, ac ut de Arminianis initium capeſcamus, eorum Scepticiſmus ad ipſum principale fiduciæ noſtræ fundamentum Chriſtum ſeſe extendit, & in quam plurimis aliis ad veram ac orthodoxam fidem (non inſufficientem illam Arminianorum, de qua conqueritur Synodus Dordracena, pauca tantum in Sacra Scriptura creditu, ſcitu, ſperatu, factu, neceſſaria eſſe,) conſtituendam pertinentibus, quo ne injuria ipſis fiat, ordine progrediemur, ac ne ſingulorum ſupra ordine recenſitorum circa quemvis articulum fidei Scepſin commemoremus, putamus referri poſſe haud incommodè ad ea, quæ Academicorum more in ſacris diſputant Arminiani, primaria ſaltem fidei capita perluſtrabimus, ne nimis excreſcant pagellæ.

part. 1. Act. Syn. Dordr.

§. 8. Ut nihil dicamus de Conradi Vorſtii Pyrrhonica ac dubia Theologia â Syn. Dordrac. Anno 1619. Seſſ. 152. damnata, de quo tamen notandum puto melioris ac certioris in fidei capitibus eſſe conſtantiæ, quæ leguntur in brevi & perſpicua ejus confeſſione, alteri parti reſponſionis ad Sladum præmiſſa. Et quamvis haud cum prioribus ipſius ſcriptis conveniant, meliorem tamen mentem quoad verba, Deus enim ſcrutatur corda, præ ſe ferunt. Neque de Geiſteranis, Slatio, Welſingio, aliiſque qui in Theologiæ articulis Scepſin maximè, imo hæreſes dudum profligatas, vicinas Socinianis, ſi non proprias invehunt. Etenim

haud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

haud putamus,ea quæ hi ſingulariter ſtatuerint,cunctis imputanda,communemque ſententiam Remonſtrantium eſſe,qua in re nonnunquam contra Remonſtrantes peccare videntur. Quæ in receptis publicis monumentis,editis ab Epiſcopio aliiſque & communi ſuffragio approbatis Pyrrhoniorum more diſquirunt, videbimus. Duplici autem modo Scepticorum more progrediuntur in ſacris Arminiani, vel circa rerum divinitus revelatarum veritatem, vel circa earundem ad credendum neceſſitatem. Principium fidei, αὐθεντίαν Script. Sacræ involvunt Scepſi, *probabilibus eam tãtum conſtare documentis aſſerentes, imo errare eos, qui ejusmodi argumenta deſiderent, quæ unicuique ejus rei certam ac indubitatam fidem faciant*, quæ ſunt verba libri Socini de autoritate Scripturæ,quem Vorſtius Arminianus edidit,atque commendavit, (quamvis in reſponſionibus ad Matthiam Sladum profiteatur, autorem hujus libri ſibi fuiſſe, quum typis edendum curaſſet, incognitum) Exprobrarunt hoc itidem in cenſura Confeſſ. Leidenſes Profeſſ. ac quum nihil reſponſi dederint, ſilentio ſuo confirmaſſe videntur, ita, ut eorum fundamentum ſua probabilitate ſaltem gaudeat, proinde minus mirum,ſi fides principium ſuum certitudine haud vincat, ac tota probabilis reddatur; Neque probationem Sacræ Script. de ſemetipſa,ejuſque argumenta inſita, admittere videtur Epiſcopius, quin potius traditionibus, quæ ſola ſenſata ac experimentali notitia nituntur adſcribit cognitionem librorum, quibus verbum continetur, divinæ autoritatis, qua in re minus præceptorem ſecutus eſt, qui dicit quatuor maximi momenti Scripturis inſita eſſe argumenta, quibus induci poteſt homo ad credendum libros Vet. & Nov. Teſtament. eſſe divinos, *doctrinæ, generis, ſtyli majeſtatem, partium conſenſum,& doctrinæ efficaciam, quæ ſingula pondus habent graviſſimum,juncta verò cuivis, pertinaciæ Spiritu, & præconcepta per inveteratam conſuetudinem opinione,non excæcato, fidem facere poſſunt.* Et quum tria nos in notitiam librorum, quod â Deo profecti,ac ipſius flatu perſcripti ſint ab hominibus ſanctis, deducant, primum humanum teſtimonium,ſecundum argumenta ipſi Scripturæ Sacræ inſita, tertium interna Spiritus S. obſignatio,ut primum eſt externum,& fidem divinam minus generat, ita non ſine jactura fiduciæ in Chriſtum ac certitudinis ſalutis poteſt dici

Vid. Calov. conſid. Armin. p. 46. par. 2. oper. in Reſponſ. ad Epiſt. Pet. Wadin. cap. 4. It. in reſpõſ. 10. ad dilemmata pontif. Diſputat. Theol. Diſput. 1. § 12. 13. & 14. ubi hæc latè ac fusè dedux. Vid. de oration. ejus de certitud. SS. Theol.

teſt dici unica via ac methodus credendi horum librorum divinitatem: Quam certam ergo ſibi vendicent Theologiam Remonſtrantes, non niſi cauſam, quæ Bibliorum θεοπνευςίαν probabilem reddit, admittendo, quæ vero eam credenti faciunt infallibilem nempe vim intrinſecam perſuadendi, ac ſuaſionem illam interiorem Spiritus S. ſequeſtrando. Quamvis, Epiſcopio in eo erroris luto relicto, hoc internum Spiritus S. teſtimonium alii affirment inſervire eorum animis obſignandis, qui eam fidem adhibuerunt, vid. Calov. conſid. Armin. cap. 1. de Sacra Scriptura. Non quidem diffitemur in convertendo gentili, Muhammedano, aliisque â vero Deo alienis initium faciendum, non ab hac teſtificatione Spiritus S. utpote, quæ ſoli nota cui obtingit, certiorem reddendo illum, non vero comparata videtur ad convincendum alios, ut proinde hiſce, ad orthodoxam fidem pertrahendis, vis teſtimonii humani vel primo loco adhiberi poſſit, quod quidem cõvincẽdo, haud tamẽ convertendo ſufficiens adhibetur. Ad πληροφορίαν fidei autem neceſſario reliqua accedant, ut hic iterum Scepſin pro fundamento habeant Arminiani, quod ipſe Epiſcopius confitetur, *ſi dicas, hac ratione aliquatenus ſuſpectam reddi fidem totam, ejusque obiectum, ſi ſuſpectum appelles, quod non eſt omni modo certum, fatebor lubens, quia humanum hoc eſt teſtimonium, atque ita errori obnoxium, &c. Et ſi dicas recedi hac ratione â verbo ad rationem humanam non negabo, ſed dicam mirum id videri non debere, quia aliter fieri non poteſt*, quod tamen falſum eſt. Verum ipſum præceptorem, ac in cathedra anteceſſorem audiat Epiſcopius, ſeque corrigi patiatur: *Hiſce ſuaſionibus (nempe humano teſtimonio ac Scripturæ* inſitis argumentis) *quæ fidei quidem hiſtoricæ, at ſalvificæ ingenerandæ ſolæ per ſe non ſufficiunt, neceſſe eſt, ut interior Dei per Spiritum S. ſuaſio accedat, quæſita eſt 1. in illuminatione mentis 2. inſcriptione legum Dei in cordibus noſtris 3. in promiſſionum Dei in cordibus noſtris obſignatione.* Scepſin ſuam circa plurima alia, principium fidei ſpectantia, extendunt, certitudinemque ejus miris modis collabefactant, de infallibili aſſiſtentia Spiritus S. qua in omnem, tam rerum ſupernaturalium, quam quæ naturali lumine inveſtigari poterunt, veritatem duxit ipſos ſanctos Dei homines, minus honorifica ſunt verba Epiſcopii, *ſatius eſſe levem lapſum memoriæ agnoſcere, ne manifeſtè abſurdis*

Epiſcop. inſtit. Theol. lib. 4. cap. 5. ſect. 1. p 235. & diſp. 1. de aut. Scr. th. 7

de reg. fidei ad Pet. Wading. Tom. 2. Op. p. 118.

Reſponſ. ad Wadding. Epiſt. Oper. Tom. 2. p. 107.

Diſputat. Theol. 1 §. 16. & orat. de certitud. SS. Theol. ſub finem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

abſurdis & contortis favere videamur, quam abſurda nimis interpretatione uti ad lapſus leviorum excuſationem, eadem inculcat autor Arminianus Gymnaſii Ultrajectini, Batelier, ni fallor, attribuens φερομένοις ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος viris in iis, quæ religionem haud attingunt, *falſas hypotheſes, minus accuratas dictiones, ac quod errori vulgi ſeſe accommodaverint, neque in iſtis normæ ac judicis loco S. Scripturam poſſe adhiberi, quæ ad ſcientias humanas, Phyſicam, Aſtronomiam ſpectent*, idque quo cum cæteris Philoſophis ſua dogmata, Scripturæ Sacræ repugnantia, de terræ motu aliiſque, defendant. Quum vero hoc maximè vergat ad evertendam fidei noſtræ principii certitudinem, minus tolerandam putamus, quam introductam cupiunt, vel de rebus naturam non excedentibus probabilitatem, quippe duplex fuit revelationis modus, altero, quo & res, quæ revelabatur ſanctis Viris, erat ſupra naturalis ingenii cognitionem comprehenſivam, & modus ſimul ſupernaturalis, altero vero quo modus quidem ut in priori, res vero naturalem ſphæram non egrediebatur, in utroque Apoſtolos ac θεοπνεύστους viros infallibilitatis dono ornatos, credimus, naturalia non ſaltem ut vera, imo veriſſima, ſed & ut cuncta ordine ac ſuo loco collocarentur. Ut proinde tam in perceptione, quam in relatione rerum revelatarum, ſeu ſcripto, ſeu verbo facta fuerit, extra omne erroris periculum, doli, ſimulationis & oblivionis præſumptionem extiterint Apoſtoli atque Prophetæ. Admiſſo ſemel hoc Pyrrhoniſmo, quod tantum probabile in iis, quæ religionem non concernunt, ſacer codex præbeat fundamentum, periculum haud leve erit plura ejuſmodi probabilitate obnoxia reddi.

cap. 4.

Gal. 1.11.12. Luc. 1. 2.3. Hulſeman. breviar. c. 1. theſ. 2. Vid. latè hac de re Calov. conſid. Armin. cap. 1. de Sac. Script.

§. 9. Habent hic in quibuſdam Calvinianos adſtipulatores, quum Calvinus ipſe Paulum accuſet, quod violenter ad Chriſtum torqueat verba Geneſ. 17. 7. in Epiſtol. ad Gal. cap. 3. 16. ſemen individualiter non poſſe intelligi, quod tamen falſum eſt ex Geneſ. 4. 25. ſed collectivè. verum ſucceſſor Beza, corrigit Calvinum in cap. 3 ad Galat. dicens, *ſeminis nomen ita eſt collectivum, ut tantum uni interdum tribuatur.* Sic in plurimis Sac. Scrip. veritatem relationis detrahere vid. apud Hulſem diſp. de dogm. ad ſalut. credit. neceſſariis Theſ. 24. & Jacobum Martini in collegio Anti-Calviniano. Huc pertinere videntur diſſertationes, quæ non ita pridem inter doctos Belgas de barbariſmis N.T. ultro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

citroque habitæ dicuntur. Anſam autem præbuerunt impiæ voces Pontificiorum, quibus cunctam divinis litteris *ἀσφάλειαν* detrahunt, ac infra Æſopicas fabulas, ſi deſtituuntur impuræ eorum eccleſiæ teſtimonio, rejiciunt, ſic ſatis apertè hunc Scepticiſmum produnt verba Alb. Pighii, *quis certos nos reddet vera eſſe & certa, quæ ſcribunt omnia de Chriſto, (præſertim Marcus & Lucas,) quæ nunquam viderant, ſed crediderunt narrantibus aliis?* Utinam hi omnes verba Chriſti Matth. 5. & Joh. 14. 17. 26. 2. Pet. 1. 21. & alibi, atquè cum Thom. Aquinat. part. 1. Sum. quæſt. 1. probè expendiſſent, hæc Auguſt. Epiſt. 19. ad Hieron. *Solis ſcripturarum libris, qui Canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum autorem eorum in ſcribendo erraſſe aliquid firmiſſimè credam. Et ſi in aliquo Scriptore Sacro vel unum mendacium inveniretur, ruituram totam illius Scriptoris autoritatem. Qui enim in uno deceptus eſt, in alio decipi potuit, unde firmiter ei niti non poſſumus.* Melior ſanè mens Arminio fuit, quem, ut in cæteris, relinquere, ac â veteri illa Remonſtrantium Theologia planè deficere, nihil penſi habent corruptores potius, quam ſucceſſores. Melius cenſent cuncti, quos Eccleſia â primo ortu habuit Doctores orthodoxos, quos allegatos lege apud noſtros Theologos paſſim in doctrina de Sacræ Scripturæ autoritate, Himmelium Matæol. Papiſt. diſp. 2. §. 20. Et in ſolutione argument. Hunnij IC. diſp 3. § 62. & ſeq. Et quos tum ex Veteribus, tum ex ſuis allegavit Voetius parte prima diſput. ſelectar. diſput. 4. de inſolubilibus (ut vocant) Scripturæ, p 52. Qui Scripturam Sac. conſtantem, perpetuam, tum credendorum, tum agendorum, normam conſtituerunt, quam hi Sceptici deſtruunt.

lib. 1. Hier. Eccleſ. c. 2. Vid. Himmel. Matæolog. Papiſt diſp. 2. §. 19. Et Hiſtor. quæ legitur apud Sleid. ad ann. 1553. in diſputat. Theolog. 5. & 6.

§. 10. Circa neceſſitatem credendi ea, quæ in hoc ſacro codice ſupremum Numen aperuit, ſua minus acquieſcunt ſcepſi, quam plurima ſeu creduntur, ſeu negantur, aut in dubium vocantur, minus ejus eſſe conditionis, ut ſaluti obeſſe queant, aſſerentes. Apologia tria tantum requirit, *fidem divinarum promiſſionum, obedientiam præceptorum divinorum, ac debitam ſcripturis, quibus continentur, reverentiam.* Reliqua ergò fidei capita, ut de DEI Chriſti natura pro neceſſariis haud venditant, quia nullum eorum apertè in Scriptura deciſum, neque ſub ratione neceſſitatis ſunt præcepta, quod requirunt ad neceſſitatem articulũ fidei credendi. Quæ autem ratio, cur neceſſitatem reliquorum fidei in

Chri-

Chriſtum capitum negent, ac præter pauca, quæ apud omnes in confeſſo ſunt, rejiciunt, ſatis conſtat, ac mox pluribus indicetur, nempe quo parcant anathemata in hæreticos vibrare, quos dudum Concilia ac antiqua Eccleſia damnavit, potius cunctos fermè pro fratribus habent. Verum ut nullum dogma, fidei neceſſarium præſuppoſitum, fidei eſſentiale, aut continuo nexu adeò affixum, ac cohærens, ut poſteriori in dubium vocato aut negato, fidei eſſentia ſalva permanere nequeat, negare liceat, ſic neque in dubium vocare, plures utique articuli neceſſario credendi Chriſtianis ſub diſpendio ſalutis incumbunt, quam Arminiani arbitrantur, ad fiduciam in Chriſtum concipiendam. Quale ergò iſti homines nobis ſubſtituunt principium fidei, ex dictis liquet, incertum, *quod in pluribus nitatur rationibus veriſimilibus, hypotheſibus, poſtulatis, in Eccleſia & ſchola receptis, ſed tamen non prorſus veriſimilibus, adeoque dubiis & incertis, uti ſunt hiſtoriæ quædam, genealogiæ, vaticinia, aliaq; eius commatis plura, ſunt verba* Epiſcopii. Ac *doctrinam pietatis huius principij eſſe facilem, planam, cætera, quæ controverſi* (juris ſunt) *nec ſine labore quæruntur, nec ſine periculo creduntur*, dicunt in Apolog. Remonſtrantes. Neque aliter fieri poterit, certo ac infallibili ipſorum fides ut fundata ſit fundamento, quum rationem ultimam, ob quam credi oportet, fide divinitus accenſa, hujus principii infallibilis certitudo, haud aſſignant, ſupremi Numinis revelantis atque obſignantis auctoritatem, verum potius rectæ rationis convenientiam, *ſic neceſſarium eſt, antequam ſenſus ullus S. Scripturæ probetur, ut à recta ratione eum non diſſentire intelligatur.* Neque ad intelligentiam ſenſuum perſpicuorum quicquam requirunt, quam vim apprehendendi & percipiendi verba, quam citra ullum ſupernaturalis luminis illapſum, noſtram intelligendi vim elevantem, agnoſcunt. Quum tamen, ut ut maxima atq; intrinſeca claritate luceat divina Scriptura, divina perſuadendi vis requiratur, quod multa ſint, quæ hominem incapacem apprehendendi reddant. Verum hæc alias pluribus tractata apud noſtros Theol. invenire licet. Nos pergimus ab incerto Arminianorum principio, ad certa, ſi Diis placet, principiata ſeu articulos fidei, quos ſcepticis diſquiſitiontibus commitunt, quibus in iterum obſervanda eſt Scepſis, quæ vel in eorum veritate adſtruenda cernitur, vel in neceſ-

Confeſſ. Sect.13.4.

Apol.fol.12 Vedel.Rapſ p.70.

Inſtitut: Theologi lib.4.ſect.1. cap.7.

in fine dedicat.

Epiſcopi in Reſponſ. ad Epiſtol. Wadingi de regul. fidei.

Epiſcop.diſput.3. vid.Hülſeman.Brev. cap.1.th.7.

 ſitate

ſitate credendi occupata eſt. Quoniam autem Theologiæ habitus practicus eſt, ac propterea ipſi ordo analyticus conveniat, à fine Theologiæ ſumus auſpicaturi, qui quum duplex ſtatuatur obiectivus alius, alius formalis, videbimus circa utrumque Scepſin Arminianorum. Objectivum autem finem dicimus ipſum Triunum Deum, circa quem formalis, quæ in intuitiva Dei cognitione conſtitit, verſatur. Fluctuantes de hoc ſumo myſterio (de voto corde potius ſuſpiciendo, quam σκεπτικῶς in illo, ex revelatione divina noto, progrediendo) conceptus tribuit ipſis Vedelius, quamvis ipſorum fidei minus ſemper inhærendum, ut & ſuperius dictum, putamus, cum ipſis multa affingere conſueverunt, qui Contra-Remonſtrantes ſeſe appellant, quo in numero ipſe Vedelius. Plura ſunt, quæ circa naturam divinam in communi conſideratam dubitanter aſſerunt, *ſic eſſentialem divinam præſentiam, DEO & futuro ſeculo reſervatam volunt, & ἐπέχειν malunt; quam deciſionem ferre, eiusq; credendi neceßitatem abnegant.* Quum tamen, ut neceſſarium quid credendum, eo ne corruat fides noſtra, qua credimus, eſſentiam divinam immediatè in terris præſentem fuiſſe, ac cum natura humana unitam. Nota ſunt Conradi Vorſtii hac in materia eriſtica ſcripta, præprimis contra Sladum, *& quamvis virtualem divinam præſentiam multis probare videtur, in altera tamen adverſus Sladum reſponſione fatetur, ſe credere DEUM verè immenſum atque infinitum eſſe, idq; non modo virtualiter, ſed & eſſentialiter, peculiarem ſaltem eſſentialis omnipræſentiæ modum, nobis in hoc ſeculo impervestigabilē eſſe,* cui tamen reliqui contrariantur, Epiſcopius & Curcellæus. Circa reliqua divina attributa quoad neceſſitatem credendi Scepticorum inſtar progrediuntur, quæ etiamſi minus ſint partes eſſentiales fidei noſtræ, neque ultimata neceſſitate quadam in illa reſolvatur fiduciæ noſtræ ὀσία, haud tamen neganda, neque in dubium vocanda, quoad veritatem & credendi neceſſitatem, ut ut pari gradu neceſſitatis cum reliquis articulis fidei haud veniant.

In arcan. Armin.

Epiſc. lib. 4. Inſt. Theol. ſect. 2. c. 14. Id. c. 13.

vid. Gangr. Anabaptiſt. Ioh. Clopēburg. Franc. Acad. Doctoris. in præfixa confeſſione ipſius de præcipuis Chriſtianæ fidei myſteriis.

lib 4. Inſtit. Theol. pag. 287. in quater. diſſert. diſſ. I. theſ. 123.

Epiſcop. e. I. cap. 31. 32.

Epiſc. lib. 4. cap. 33.

§. 11. Myſterium SS. Trinitatis minus intactum relinquunt. *Oppugnant enim more ſuo, modo aſſerentium, modo dubitantium, & diſquirentium, modo opponentium, modo quaſi ad ἐχεμυθίαν redactorum, modo ignorantium & φιλομαθῶν perſonam ſuſtinendo.* vid. Voetii diſp. de Neceſs. & util. dogm. de SS. Trinit. pag. 495. & Vedelium

in

in arcanis Arminianiſmi. Veritatem ejus tueri videntur, quum trium in ſcriptura nominatim dicant fieri mentionem, quibus natura divina tribuatur, verum minus ſecundum orthodoxum ſenſum, ſine dignitatis aut majeſtatis prærogativa, quam patri præ reliquis adſcribunt, ut reliquæ perſonæ ipſi ſubordinentur, qua in erronea opinione cum ex Reformatis multos habent conſentientes, ut & Heinri. Nicolai. Method. de Trinit. theſ. 16. tum Pontificios, vid. D. Dorſch. interv. cap. 2. eius Vind. c. 2. *Filium DEI* Curcellæus negat, *ſummum DEVM ut patrem eſſe*, ubi Apoſtolicæ confeſſioni contradicit, Chriſtum ſuper omnia DEUM eſſe benedictum in ſecula, qui ergo ſuper omnia DEUS eſt, ſummus erit. Verum divina ac indubitata certitudine haud adſtruere videntur huius myſterii veritatem, Epiſcopius certè Academicorum more de illo loquitur, *mirum nempe videri non debere, ſi tribus hiſce perſonis, una eademq; natura divina tribuatur*, quod & ex Apologia, cenſuræ Leidenſium Profeſſorum oppoſita, iisdem verbis profert. Ac quam lubricè ſe gerant, ne forſan fratres Socinianos offendant, videri poteſt in explicationibus locorum, quibus divinitas Filii DEI adſtruitur, hocque myſterium confirmatur. Etenim de λόγῳ in principio apud DEUM exiſtente, dicit Epiſcopius, *illam interpretationem Socinianam, de principio Evangelij* (quam pluribus apud ipſum vide) *ſi per ſe conſideretur, veram ac ſanam eſſe negari non poſſe, alteram ſaltem nobis, qui à hæreſi Socini alieni ſumus.* & hypotheſin illam de Chriſti Filii DEI ante Mariam exiſtentia non admittimus, *planiorem videri.* Sic locum Pſal. 2. & Ebr. 1. 2. corrumpit Epiſcopius, *quod non propria generatio Filij DEI, ſed metaphorica intelligatur, quaſi David, ob collationem ſupremi dignitatis gradus, & Regiam Maieſtatem, ad quam à DEO evectus fuit, dicat, ſibi à DEO dictum eſſe, Filius meus es tu, hodie genui te.* Huic tamen ipſa Confeſſio Sociorum refragatur, accipiendo locum hunc de Chriſti æterna ex ſubſtantia patris generatione. Imo quæ à noſtris adducuntur præexiſtentiæ Chriſti ante Mariam, ac æternæ generationis comprobandæ, pro obſcuris habet, & quæ probabilem, ac facilem inſtantiam patiuntur. Huius orthodoxæ, ac per tot ſecula firmiſſimè ex ſacris literis & conciliis creditæ ſententiæ fundamenta magis evertere conatur Epiſcopii ſucceſſor Curcellæus: quum enim Veteres Eccleſiæ Doctores pro argumento huius Myſterii pro-

Hieronym. Zanch. lib. Epiſt. 1. ad Wilhel. Stuchium. diſſert. adverſ. Mareſ. 1. th. 59. ubi fusè perſequitur hanc rem.

Rom. 9. 5.

Ioh. 1. v. 1.

loc. cit.

probandi adhibuerint, locum Jerem. XXIII. 6. ubi Chriſtus vocatur Jehovah juſtitia noſtra, eum neſcio, qua conquiſita explicatione, corrumpit, ac quo magis animum Socinianis oſtenderet addictum, ſimul adjungit pervertendo claſſicum illum locum, pro adſtruenda divina Sp. S. natura ex 1. cor. 6. 19. ita ut cujus templum ſunt pii, ille quoque eſſet verus DEUS, dicit enim fideles nihilo minus eſſe templum Sp. S. quamvis Sp. S. non foret perſona in Deitate peculiaris à patre diſtincta, quem merito notatum vid. apud Mareſ. defenſione fidei contra Curcellæum, ac alios. Simili modo corrumpit locum 1. Joh. v 20. Epiſcop. Verum hoc quā maximè Enjedinus in explicatione Loco: S. Scripturæ præſtitit, ad quem, ut & Feurbornium, qui ſeſe huic tenebrioni in genuino locorum Scripturæ ſenſu defendendo oppoſuit, cupidum rerum Lectorem remittimus. Hoc lubitum fuit indicare, ut eos coarguamus ſcepſeos circa hoc ſublime myſterium, ac quam incerti, remotis firmiſſimis Scripturæ locis, quibus adſtruitur, ſint, oſtendere. Haud quidem animus eſt, ex principiis ſatis claris hujus Myſterii veritatem, non pyrrhonicam ac dubitativam, ut ita loquar, verum certam, ac cui animus Chriſtianus, perverſis opinionibus non imbutus, neque protervè reluctans evidentiæ Sp. S. in ſacro codice loquenti, acquieſcat neceſſe eſt. oſtendere, quod abundè à noſtris, tum adverſæ partis Theologis præſtitum, ſed paucis hujus Scepticiſmi periculum indicare, in primario fidei noſtræ capite minus conceſſum eſſe, academicas diſſertationes adhibere. Ac quidem periculum haud leve inde oriturum Eccleſiæ Chriſti patet, quod, iſto tam clarè præ primis temporibus N. T. revelato fidei articulo Scepticorum more tractato, nulla tandem πληροφορία religionis Chriſtianæ maneat, eodemque modo reliqua ad fidem promovenda neceſſaria dubia reddi, quum nunquam non animus humanus falſi quid concipere poſſit, ac ſic certitudinem eorum, quæ credimus, ſubruere. Cum primis verò fiduciæ noſtræ obiectum meritum nempe Chriſti, ſua quoque tantum gaudebit probabilitate, ac ſic quid certum nobis maneret? Quod ſi fidei noſtræ certitudo requiratur, hic vel maxime opus videtur. Conſiſtit autem minus ſua dignitas merito Chriſti, abſque certa ac infallibili divina naturæ per æternam generationem communicatæ cognitione, quippe ſola ſufficiens juſtiſſimæ

Inſt. Theol. lib. 4. p. 341. & 282.

justi patris iræ, neque fiducia, quam in Christi ſatisfactionem col-
locant Christiani, vera ac certa erit. Minus conceſſum Scepti-
ciſmum in hoc articulo, certo ex ſacris vid. Matth. 28. 19. collat. cū
Mar. 16. 16. 1. Joh. 5. & Hilar. l. 9. de Trin. aliisq; patribus probatur.
Reliqua eaq; latè deducta argumenta, cum directa oſtenſiva, tum Eph. 4.
ab abſurdis conſequentibus deſumpta, legi poſſunt apud Gisber-
tum Voetiū diſp. de Utilit. & neceſs. dog SS. Trin p. 472. & ſeq. ac-
cedit. quod expreſſe ab Apoſtolo prohibitū eſt, de ſemel agnita,
ac in conſcientia approbata cœleſtis verbi veritate ut ambiga
mus, aut ventorum inſtar moveamur, callabefactatur hoc modo
ἀπόστατος & im̄otum fundamentum fidei noſtrę, ac metuendū, quod
proh dolor ab hiſce Arminianis fieri videmus, ne reliquæ fidei ca Diſſertat. I.
pita hæc ſcepſis corripiat: Quis non deteſtetur impia Curcellæi cōt. Mareſ.
verba *quibus dicit ſe mirari, quod tanti hodie fiat à quibusdā credere, Sp. S.* pag. 118.
eſſe perſonam à Patre diſtinctam, quaſi in eo conſiſteret ſumma religionis
Christianæ, nec poſſet absq; impietate à quoquam in dubium vocari. Ve-
rum etiamſi nec nos omnem religionis cardinem verſari ſtatua-
mus in perſonalitate Sp. S impium tamē ac omnino prohibitum
dicimus, eam in dubium vocare ubi obiter obſervanda ἑαυτομα Epiſc. lib. 4.
χία Epiſcopii ac Curcellæi, quorum alter fatetur, Patrem, Filium inſt. adverſ.
Spiritum S eſſe ὑποστάσεις ac perſonas. *Nam certum eſt*, inquit E- Curcellæ.
piſcopius, *hos tres deſcribi, tanquam ὑφιστάμενα, & perſonas propriè di-* quater. diſſ.
ctas: aut enim nihil omnino in rerum natura perſonæ nomine appellari
poteſt, aut ſi quid poteſt, etiam hi tres, Pater, Filius & Spiritus S. Alter pe-
culiari diſſertatione demonſtrare conatur, vocem hanc eſſe am-
biguam, neque propterea adhibendam in hoc myſterio, nec
alios terminos ἀγράφους, ut ὁμοούσιον ac Trinitatem, quam vo- 1. Joh. 5.
cem in Socinianorum favorem rejiciens, ipſum concretum valdè citat. l. p. 73.
ſuſpectum dicit, nempe tres eſſe, qui teſtimonium dicant, quum
tamen in vetuſtiſſimis Græcis exemplaribus legatur. Ad everten-
dam hujus myſterii πληροφορίαν ſimul rejiciunt Remonſtrantes ar-
gumentum, quo uſi ſunt Orthodoxæ Eccleſiæ antiſtites contra fol. 50. & 57.
hæreticos, Filii ac Spiritus S. divinam naturam negantes, à cultu &c.
adorationis, pro ut legitur in Apol. Quare autem ſuo minus in conſid.
ſtet robore argumentum hoc, multa objiciunt in Apol. prædicta, Armin. p.
quæ hic repetenda ac diſcutienda non ſunt, quod præſtitit Doct. 144.
Calov.

§. 12.

§. 12 Quamvis autem ſuo ſc. ſenſu ac probandi modo myſterium Trinitatis amplectantur, magis tamen circa ejus credendi obligationem ſcepſeos patroni ſunt, quum generationem Filii DEI æternam, ac proceſſionem Sp. S. ad ſalutem creditu neceſſariam minus arbitrantur, ac proinde ejus negationem ſaluti incommodi quid haud afferre. Quin potius hæreſes Photinianas putant problematicas & ſcholaſticas diſceptationes Theol. Rem p. 85. Sic Curcellæus *DEUM eſſe unum numero, trinum verò perſonis, ut a nullo rectè intelligi, ita neque credi oportet ſeu poteſt.* Epiſcopius pluribus demonſtrare ſatagit modum filiationis, nempe ab æterno è ſubſtantia Patris genitum (ceſſant enim reliqui modi, quibus Chriſtum Filium DEI propriam dici poſſe aſſerunt) haud creditu neceſſarium, quod Scriptura nuſpiam id neceſſarium aſſerat, neque per neceſſariam conſequentiam inde eliciatur. Quod falſum nobis ſacer codex perhibet, jubens omnes baptizandos, docendos diſtincta notitia docere, ac ſic fide explicita credere Triunitatem harum perſonarum in una eademque eſſentia non ſpecifica, ut Arminiani, ſed individua & numerica. Neque ſaltem ratione mandati, verum intrinſeca neceſſitate fidei, quam ſartam tectamq; non tuentur, hi dubitantes. credere oportet Filium Patri ὁμοούσιον, ac quum genitum fateantur Remonſtrantes ab æterno, nullo alio modo poteſt eo nomine inſigniri, niſi dicatur ex ſubſtantia hand inferiori aut partiali, ſed ſumma, eaque tota, qua gaudet pater, productus, quod cuncta, quæ producũtur, ſunt vel ex ſubjecto vel ex nihilo, vel ex ſubſtantia principii producentis, priores modos hic locum invenire non poſſe, quilibet Numen divinum non corporeum quid comprehens, aut quod nullatenus Scripturæ ſacræ conveniens, Chriſtum ex nihilo factum, dicet, tertium ergo erit, ut confiteatur ineffabili nobisq; incognito modo ex ſubſtantia Patris genitum. Putat quidem Epiſcopius fidei integritati nihil decedere hoc ſcepticiſmo, verum objectum fiduciæ noſtræ ex eo deſtruitur, nempe gratia DEI in Chriſto Salvatore, non ſolum ſanctificato ad opus illud perficiendum, verum prout & noſter Jehovah, ac ante mundi ſecula extitit verus DEUS, accedit Scripturam ſatis expreſsè cultum divinum,

præſcri-

* Videatur omnino Voetii diſp. de neceſſit. & utilit. dogmat. de SS. Trinitate pag. 495. Vbi ad ipſorum argumenta fusè reſpondet. cont. Mareſ. diſſ. I. Cap. 34. Inſtit Theol. & in Theol. Remonſtr. pag. 69. 70. 71. &c. Apolog. & Vedelio Rhapſodo. ut & in Reſponſo ad excerpta Profeſſ. Leidenſ. p. 31. 42. 57. & alibi. citat. loc. cap. 33. Matth. 28 19 Curcellæ. quater. diſſ. th. 122. Ioh. 5. 19.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

præſcribere, non prout terminatur in unam perſonam ſolum, ſed in DEUM, quem tribus perſonis indiviſibili eſſentia conſtare, ipſe in S. litteris revelavit, quod ſi ergo contrarientur expreſſe revelationi huic DEI, ſcepſin abjiciant, Triunum certè credant, in eo confidant, idque, niſi faciant, ſub jactura æternæ ſalutis. Neque cauſam ſatis moventem adduxit Curcellæus, *articulum hunc de ſummo ac tremendo myſterio Trinitatis, prout ex Sacr. litterarum fontibus traditur, ac traditus eſt per tot ſecula ab orthodoxa Eccleſia, eſſe ἀκατάληπτον, neque nos ad illum credendum obligatos eſſe, quia etiamſi maximè vellemus credere, id tamen à nobis impetrare nequiremus; cum intelligentia naturâ ordine fidem antecedat.* Quæ ut Socinianiſmum ſapiunt, ubi ſola ratione dijudicatur poſſibilitas & impoſſibilitas articulorum fidei, Smalc. cont. Franc. præfat. vid. & Oſtor. Inſtitut. c. 6. Catech. Racovi. p. 37. &c. ita ex ſacro codice profligantur merito, utpote quũ per nos metipſos, cunctis deſtitutos viribus, ad eam intelligentiam, remoto ſupernaturalis Sp. S. luminis in mentes noſtras illapſu, pervenire minus poſſumus, per Supremi Flaminis gratiam credimus, ea vera eſſe, ut ut intellectus reluctetur, ſibique minus conforme eſſe putat. Verum hæc alibi pluribus tractantur, in D. Thummii impietate Photiniana, art de S. Scriptura, & Hiñelii collegio Anti-photin. diſp. 2. §. 5. Et Voetii diſput. ſelect. parte prima, diſp. 1. de ratione humana in rebus fidei. Saltem Curcellæi ſequentia haud piget adſcribere, quibus dicit, *aſſentientes ſe habere in hac opinione Reformatos, qui Corpus Chriſti negant eodem temporis momento in cœlo & in terra exiſtere, ubicunque Euchariſtia celebratur, ut ita ab iis hoc mutuatus ſit.*

2. Cor. 3. 5.
1. Cor. 12. 13.

§. 13. Sed nec minori indubitatione verſantur in neceſſitate humanæ naturæ Chriſti ad ſalutẽ creditu contra Mennonitas adſtruenda, quã ex ſubſtantia matris Chriſtum aſſumpſiſſe ad ſalutem creditu neceſſarium negant. Verum quũ ad Meſſiæ cognitionem neceſſario pertineat utriusq; naturæ originis notitia, quum Salvatorem noſtrum, non ſolum ut DEUM, ſed & hominem, nobis per omnia ſimilem deſcribunt S. litteræ, excepto peccato, creditu neceſſarium erit, tum ob autoritatem S. Scripturæ, Meſſiæ humanam naturam nominantis ſemen mulieris, tum quod fiduciæ noſtræ conceptum ingrediatur, atque ita minus referre,

Hebr. 2.

 an quis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

an quis eam ex Mariæ virginis ſubſtantia productam ſupernaturali Sp. S. virtute fateatur, an ſecus, ſcil. à cœlis allatam, ac canalis inſtar, per Mariam virginem tranſiiſſe, concedendum neutiquam eſt. Quæ cauſa Arminianos moverit dogma illud de tremendo Myſterio Trinitatis pro haud ſcitu credituq; neceſſario vẽditare, ipſi dicunt, nempe Pontificiorũ πολυδοξία de inſufficientia S. Scripturæ. Sic enim Alphonſus Salmero inter traditiones recenſet, tres perſonas eſſe in una ſubſtantia divina, duas naturas in una hypoſtaſi Chriſti, Pater ingenitus, Filius unigenitus, & Patri conſubſtantialis Spiritus S. ab utroque procedens. Ex ſacra Scriptura hoc poſſe evinci, dudum demonſtrarunt noſtrates Theologi, ſaltem hic admonendum putamus, quam Sacr. Scripturæ hi Pontificis mangones nobis certitudinem obtrudant, ad incerta ſua traditionum dogmata ultimo recurrentes, quaſi ea, quæ ad ſalutem nos poteſt informare Scriptura, huius præcipui dogmatis, minus meminiſſet. Qua autem neceſſitate hoc myſterium ſit credendum. vid. apud Doct. Hülſem. præprimis egregiè, apprimè eruditus Theol. Doct. Dorſchæus, Pontificiæ Scholæ ſub oculos poſuit, hoc ipſarum traditionum principio poſito, quaſi ex eo ſolo firmiter demonſtrari poſſit, hoc myſterium maxime lædi, & ab adverſariis non ſine gaudio arripi, conſulantur viri celeberrimi contra Jeſuitam Cornæum ſcripta, interventio pro myſterio SS. Trinitatis, eiusque interventionis vindiciæ, quibus etiam oſtendit papicolarum reliqua circa hoc myſterium dogmata, illud deſtruentia. Præ cæteris maxima præſidia eripit ſæpius excuſum Pſalterium Marianum Bonaventuræ, quæ alias pro Deitate Chriſti & Sp. S. orthodoxi adhibere conſueverunt. Hinrici Nicolai de quo ſuperius, ſcepſin in hoc myſterio perſequi minus operæ pretium putamus, quum eam ſatis prodidit Excell. D. Calovius, Voetius & alii, ac in omnibus fermè Arminianorum veſtigia premit. Calvinianorũ incertitudinem in hoc myſterio explicando merito hic perſequeremur, ni nimis excreſceret oratio ac diſquiſitio noſtra, habet multa de ea Feuardentius, ut & nonnulli noſtrorum periculoſas obſervarunt phraſes formulasque, quas adhibent in eo explicando, & ſuo tempore pluribus indicare non deſiſtemus.

Johann. Salabert. preſbyter. Agranenſ. hæreſ. domit. part. 2. Tõ. 13. lib. 1. diſp. in Epiſt. Pauli diſp. 18.

Melch. Canus. lib. 3. c. 3. in loc. Theol.

Becan. Manual. lib. 1. c. 2.

diſp. de neceſſariis ad ſalut. credit. dogmat. th. 31.

Caput I. p. 11

Cap. 1. p. 47.

Conſider. Arminianiſm. c. 3. &c.

in Theomachia ſua paſſim.

§. 14. Videbimus nunc ſcepticiſmum Remonſtrantium, circa finem formalem, qui eſt actio circa hoc objectum Triunum DEUM, nempe ejusdem intuitiva cognitio, quâ in præcisè conſiderata formalis ratio beatitudinis noſtræ conſiſtit quamvis alii in ſolo gaudio, alii in ſolo amore conſtituant. Bonaventura & Leſſius illos tres actus ſimul ponunt, quam ſententiam propugnat etiam Galtruchius. Beatificam illam viſionem in intellectu, voluntas excipit ardentiſſimo amore, quo cognitum ſupremum Numen perſequitur. [Inſtit. Morali p. 191.] Quæ, ut ſunt actus animæ, ita ejus extra corpus exiſtentiam præſupponunt, quum omnis actio vitalis profluat ex ſubjecto vivente. Hanc animæ rationalis extra corpus exiſtentiam Gentilibus cognitam invenimus, ac poteſt etiam naturali lumine comprobari, verum argumenta haud ea nituntur certitudine, quæ omnem ἀσφάλειαν, nihilque ſcrupuli relinquunt, unde & quidam Theologi putant minus natura notam eſſe animæ rationalis immortalitatem utpote dependentem à ſolo ſolius DEI decreto, quod tamen à natura nemini eſſet cognitum. [vid. Roderi. ab Arriaga diſp. de anima ſeparata ſect. 1. Frantz. ſuper Auguſt. Confeſſio. part. 2. diſp. 7. Hülſeman. brev. cap. 16. th. 1.] Quamvis autem Philoſophorum argumentis nihil detractum velimus, certum tamen eſt, ſtatum animarum noſtratum ex ſolis Iſraëlis fontibus petendum, qui eum variis nominibus deſcribunt. Ultimum hunc Chriſtianiſmi finem, ac vitã quam ſperamus meliorem, dari, adeò neceſſarium creditu videtur, ut nullã ſcepſin hic permittendam cenſeamus, quod fides alias non conſiſteret, ſine πληροφορία hujus doctrinæ de animæ extra corpus duratione, neque una cum eo in cinerem reditu. Hærent nihilominus hic nonnulli Arminiani, ac Johannes Geiſteranus dicit, animas eſſe in manu DEI, vivæ an mortuæ, mortales an immortales ſe neſcire, quam ἐποχήν Hinricus Slatius etiam amplectitur, ut & Langereck. Verum audiant Epiſcopium fatentem, alias credi non poſſe, eorundem numero hominum reſurrectionem, ſi anima cum corpore interiret, ac poſtea reſtitueretur, quod ſic non una numero anima foret, quæ in corpore degiſſet, & quæ iterum reſtituenda eſſet. [lib. 4. inſtit. Th. c. 5. ſect. 3.] Scepſin hanc profligat, apertis locis S. Scriptura, ut veſaniam hominum miremur, qui alias unicè S. litteris inhærere volunt, hoc pacto ſtrenuè viam Atheiſtis aperiunt, cuncta religionis Chriſtianæ myſteria riſu, ut excipiant. [Matth. 10. 28. Eccleſ. 12. 7. Luc. 23. 43. Matt. 12. 27.]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

§. 15. Verum magis Scepticorum morem amplectuntur, circa conditionem ſeparatæ animæ à corpore. Sic Epiſcopius nihil referre ait, *credatur, an ignoretur, quid inter mortem & reſurrectionem animabus noſtris fiat, an nimirum functiones vitales inter ſe ipſas exerceant, ac proinde vel voluptate & gaudio ex conſcientia bonitate, & ſpe futuræ reſurrectionis fruantur, an vero dolore ac triſtitia ex conſcientiæ morſu metuq́ futuri judici torqueantur.* Sanè ſi nullas exercent operationes, neque hoc certum eſſet, Anabaptiſtæ gaudebunt, qui reſuſcitantes errorem Arabum, dormire ſtatuunt animas ad extremum diem uſque, aſt quum ſecundum ipſum Epiſcopium potentiæ ſeu facultates animæ realiter ab ipſa non ſint diſtinctæ, minus putandum, otioſas ac ſomno oppreſſas in altera vita exiſtere, naturalis quidem intelligendi modus per ſenſuum organa ceſſat, verum tamen cognitione minus deſtitui, probant exempla Lazari, Latronis, Martyrum, qui vindictam à DEO expetunt. Animas autem fidelium, tam in Vet. quam in N.T. ſtatim poſt exceſſum è corpore pervenire ad ſtatum cœleſtis beatitudinis patet ex eo, quod Paulus, deſiderat eſſe cum Chriſto, non extremo die, ſed deſtructa domo huius tabernaculi, qui autem eſſe cum Chriſto poteſt in gloria, ac ejus minus particeps fieri? Neque hic placet ἐποχὴ Arminii, quum nulla ſufficienti ratione nititur, ac in contrariũ præponderent, quæ Doct. Calovius habet Socini. profl. & conſideratione Arminianiſmi. Plena autem perfectaque felicitate fideles ante noviſſimum diem frui, ut & damnatos ſummos percipere cruciatus, prohibet extremum judicium, quo in uni cuique reddetur, quod in hac vita egit, dicimus proinde interea animas, donec reuniantur corporibus in reſurrectione univerſali, æterna gloria, eadem ſpecie gaudere, intenſione tamen non tanta, quanta gaviſurus eſt totus homo, poſt glorificationem corporis. Simili modo cum animabus impiorum fieri putamus intenſivè maximis affici doloribus, extenſivè magis reſurrectione facta. Nos damnamus erroneam illorum ſententiam, de profundiſſima animæ dormitione, ſecus quam faciunt Arminiani, qui hic malunt aſſenſionem retinere, ut Polenburgius & Epiſcopius, quia quæſtio obſcura, nec ſacris litteris expreſsè definita, quod tamen è ſuperioribus falſum liquet. Neque dicen-

vid. Bullin. lib.4.c.10.& Guidonem de Brez, cõtra Anabaptiſtos ad calcem.

2.Cor.5.

artic. perpend.X. ſect.ult. art. 1. contr. III. cap.19.

Matth. 25.31 2.Cor.5. Hülſeman. brev. c.16. th.14.

vid. Ryſſenii impur. Theol. Remonſtr. c.14.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

dicendum eſt, cum Calvino, quæſtionem de ſtatu animarum in- lib.3. inſtit. c.25. ſect.6.
ter mortem & iudicium extremum, nec decoram, nec utilem, adeoque ſtultam ac temerariam eſſe, metum ſiquidem peccatoribus incutit in memoriam revocantibus, poſt diſſolutionem hujus corporis, animam detrudi ad cruciatus infernales, ſi malè fecerit, aut ad ſinum Abrahæ deferri ab Angelis, ac proinde vitæ Chriſtiano dignæ majorem operã impendant, præ primis, quum apertè ſatis declaret Stephanus, ſpiritum non divagari prius per loca abſcondita, Nam rectà manibus divinis commiſit, ſurſum ad ſe ut reciperet. Actor.7.

16. Oppoſitus huic æternæ felicitati ſtatus damnatorum pari neceſſitatis modo credẽdus, tum quæ de eo certa in Scripturis habentur, utut cognitioni humanæ minus reſpondeant. Scriptura autem dicit cruciatus impiorum externos & internos animæ & corpori fore æternos, Arminiana ſcepſis, Socinianis inſerviens, pœnæ infernalis æternitatem negantibus, hic ſeſe prodit, quam cum in apricum produxiſſent Leidenſes Profeſſores facta prolixa ſollicitatione, in Apologia nihil reſpoſuerunt, ac quid animi haberent, hoc ſilentio indicaſſe videntur. Daniel.12.2 Matt.25.14. 2.Theſſ.1.9 Apoc.14.11. *In nihilum impios, ſi reſurgent, poſtquam aliquandiu cruciati fuerint, redacturos* Hinricus Slatius teſtatur, qualia etiam è Danielo Witzio de Langerekio refert Peltius. in aperta teſtif.fol.13. in harmon. art.24. l. 4. Quid hic Epiſcopius ſenſerit, patet ex quæſtione propoſita, ubi aſſerit *pœnam damni æternam quidẽ fore ratione annihilationis, de ſenſus vero pœna ſeu intenſiſſimo dolore, Deo relinquendum putat, ac ut quiſque ſuo judicio in aſſignando modo æternitatis fruatur.* oper.tom.2 quæſt.62. Non magis tolerandam putamus hanc ipſorum Scepſin utpote Scripturæ veritatem evertentem. Nam aſſerit ſumũ cruciatus eorum aſcendere in ſecula ſeculorum, neque nocte aut die requiem habere, quæ eſt tormentorum in inferno continuatio non deſitura aliquando, ut Origenes, ac, qui tempore Auguſtini Miſericordes ſeu Liberatores nominati ſunt, ſibi perſuaſerunt: verum in æternum duratura, quod omnis ſcientiæ Magiſter Chriſtus ſatis aperuit, ignem infernalem inextinguibilem bis apud Marcum eodem capite, ac in decretali ultima ſententia æternum appellans. Ac quum ex ſenſu Epiſcopii pœna damni æterna futura eſt, quare non etiam ſenſus pœna, quum neutra uſpiam aut in ullo Ioh. Apoc. cap.14. n.11. Auguſt. ad Quodvult. hæreſ. 43. Prateol. lib. 13. hæreſ.5. cap. 9. n.43. 45. Matt. 25.41

Hülſeman. brev. cap. 16 theſ. 8. vid. Gerhar. de inferno. §. 60. Et Calov. conſiderat. Armin. cap. 201. Homilia ad populum Antiochenſem. diſſertat. 3. contr. Mareſ. ut & alii Arminiani confeſſ. & Apol. c. 7. §. 7.

ſubjecto ſeorſim extitura ſit, & ſi juſtitiæ ac miſericordiæ divinæ proportio ſecundum ipſum permittit æternam damni pœnam, quare minus ſenſus, quod altera major ſit, nempe infiniti boni privatio, ac ſic infinitum malum, quo pertinent verba Chryſoſtomi: *Multi hominum gehennam tantum formidant, ego verò illius gloriæ amiſſionem gehennâ multo majorem eſſe duco.* Verum Curcellæus minus duobus locis, in qua deferuntur animæ poſt ſeparationem à corporibus, contentus, tertium adjicit, ad S. literarum certitudinem non confugiens, utpote, quæ duorum locorum poſt mortem tantum mentionem facit, verum ad ſuum probabile, ſe certo aſſerere haud poſſe, ſed ex locis quibuſdã divinæ voluntatis conjecturam facere, mediam conditionem ſtatuendo à regno cœlorum & damnatione ad ignem æternum diverſam, *qualis eſſet ut in pulvere, in quem redigendi ſunt (ignorantes) æternum maneant, nunquam inde redituri ſive ſuſcitandi.* Impiam planè dicimus opinionem, utpote quæ viam ad atheiſmum ſternit, indeq; propullulantem Epicureiſmum, quod totum hominem ſtatuat in pulverem redire, quum tamen ſpiritus manibus divinis excipiatur, ac omnino in pulverem, niſi abſoluta divina potentia, redigi nequeat, utpote ex quo minus factus. Deficit idonea probatio ex Scriptura Sacra, deſtituitur venerandæ antiquitatis teſtimonio, ac quorundam hominum extra revelatum verbum Dei ſapientium conjecturæ ſunt, riſu exceptæ ab Arminio ipſo, quem audiat Curcellæus in reſponſ. ad art. XXXI. art. XIII. & XIV. p.m. 262. Ubi Pelagianam dicit ſtultitiam eſſe penes eum, qui medium inter ſalutem & damnationem ſtatum ponit. Vide de hiſce plura apud Mareſium defenſione fidei contra Curcell.

vid. Ryſſen. impuram Remonſt. Theolog. c. 14.

§. 17. Medium ac antecedens glorificationis ac damnationis lubet ſubnectere, nempe reſurrectioné mortuorum. Quum enim duabus partibus homo conſtet, anima & corpore, non animæ tantum, ſed toti homini quoad ipſam in individuo carnem, felicitatem, aut ignominiam & cruciatus promiſit & comminatus eſt, ac proinde ſi perfruetur iſto ſeu gaudio, ſeu dolore, eadem reſurgat quoque neceſſe erit. Circa hunc articulum Scepticorum more Arminiani diſputant, & Apologia quæſtionem *an eadem corpore reſurrectura, an alia à Deo creanda ſint, inter curioſas*

fol. 217.

potius

potius quam utiles ponendam eſſe cenſet. Simila leguntur apud Epiſcopium & Curcellæū. Quamvis autem hoc dogma de identitate numerica corporis in reſurrectione, non ſit abſolutè neceſſarium ad ſalutis τὸ εἶναι, ad eſſentiā fundamenti conſtituendam, eſt tamē expreſſum in ſymbolo, ut haud im̄erito admiratio ſubeat, quū Symbolo Apoſtolico cunctos fidei articulos conſtringant, hicq; ῥητῶς in eo habeatur, ſceptica eorū diſquiſitio ne hic ceſſet quidē. Epiſcopius argumento Orthodoxorum motus, quod cecidit, illud quoq; reſurgere, dicit ſe credere ejuſdem carnis individuæ reſtitutionem, à quo tamen in diverſum abit ſucceſſor Curcellæus, eam plane negans. Expreſsè divinæ litteræ teſtantur, hæc noſtra corpora reſurrectura, ac niſi eadem numero caro cum anima propria reduniretur, mortui haud poſſent dici reviviſcere, neque quod ſeminatum corruptibile incorruptibilitatem indueret, non nos, ſed alii ſiſterentur tribunali Dei, & vel præmium vel pœnam acciperent. Ita fine ultimo conſiderato, & qui eum antecedit corporum noſtrum reſtitutio, media, quibus hujus finis metam nanciſci queamus, ac quæ nobis ſub neceſſitate ad eum finem acquirendum in ſacris litteris propoſita ſunt, videamus, ſunt autem ea vel extra nos, ut gratuitus Dei favor ac ſum̄a φιλανθρωπία, qua proſecutus eſt lapſum genus hominum, ita tamen, ut juſtitiæ ejus eſſentiali nihil decederet, Filii, agni im̄aculati, meritum ac λύτρον interponeretur, opus erat, cujus intuitu miſericors parens cunctos credentes, ad finem uſque perſeverantes in ea fide ſibi præordinavit, quæ eſt medium à parte noſtra neceſſarium. Circa hoc fundamentum ſalutis noſtræ, lubricè admodum Remonſtrantes Theologi verſantur, ac quidem, quod perſonam Chriſti attinet, de ea ſuperius egimus, hujus cognitio quoad partam gratiam ac beneficia adeo neceſſaria eſt, ut cauſa ac fons vitæ ſpiritualis ſimpliciter ſit teſte Petro, haud impoſſibile tamen credit Curcellæus quoſdam citra cognitionem hujus verbi chriſtoſophici poſſe ſalvari, dummodo in Deum univerſi creatorem credant, & vitam ſuam ſecundum rectæ rationis lumen, quod omnibus affulget, inſtituant. Sic Epiſcop. part. ſecund. oper. pag. 39. arbitratur eſſe qui Chriſto medico minus egeant, quo trahit locum Matth. 9. 12. 13. quū tamen in eo Pha-

lib. 4. ſect. 3. c. 4. diſſert. 1. contr. Mareſ.

Epiſc. part. 11. Op. p. 155.

lib. 4. ſect. 3. Inſt. Theol. diſſertat. 1. contr. Mareſ. Iob. 19. 25. 26.

Act. 4. 2.

eo Phariſæorum elatum caſtiget animum, opinabantur quippe ſe ſatis robuſtos atque valentes, neque proinde gratiam medicinalem requirebant. Ac qui non extenuent ejus pretioſum λύτρον, utpote infantes, quod peccatis careant, eo eximentes. Reſponſ. ad ſpec. pag. 103. Sic in dubium vocat Arminius beneficiorum Chriſti univerſalitatem, prout etiam obſervavit vir celeberrimus D. Dannhauer. Cognitionis Chriſti neceſſitatem melius confirmavit Corvinus contra Tilenum, idem amor requirit, ut nemo ad ſalutem ametur in Chriſto, niſi qui fide ipſum apprehendit. Poſterius nempe Chriſti meritum ad Patres quoque V. T. ſeſe extendere clare in concilio Hieroſolymitano definitum eſt, ac ejus efficaciam vera fide apprehenſam, ſibique in individuis applicatam ſalvaſſe, quum unus ſit mediator, iſq; heri & hodiè, una fides, non diverſa, ut perversè arbitratur Curcellæus.

differt. 3. contr. Mareſ. th. 2. artic. perpen. 3. p. 233. Antichriſtoſoph. ſect. 2. art. 4. pag. 315. vid. reſp. ad Walach. pag. 61. Act. 15. 10. 11

§. 18. Multa quidem ſunt, quæ hic Arminiani peſſimè docent, de quibus alios videas, ea ſaltem nobis notanda videntur, quæ fluctuanti ac incerto animo tradunt, quæque ad fidei ſeu eſſentiam, ſeu integritatem evertendam faciunt, ab ipſis Pyrrhoniorum more tractata, oſtendere. Non hic in univerſalioribus ſubſiſtendum, verum ulterius cuilibet inquirendum incumbit, quænam ſit illa paterna φιλανθρωπία per Chriſtum revelata, quo uſque ſatisfactio Chriſti ſeſe extendat, ac cujus valoris & pretii ſit, quod ut fiat, conſiderandus eſt terminus à quo, nempe malum iſtud peccati originalis, tum actualium. Quamvis autem proh dolor! nunc ad caſtra Socinianorum ac Pelagianorum ſe contulerint, negantes peccatum originale, ut videmus in Curcellæo, Epiſcopio, aliiſque, ubi obiter prælia fratrum obſervamus, quæ iſti nominati Remonſtrantium antiſtites faciunt inter ſe: Curcellæus quippe dicit, *omnes homines propter Adami peccatum morti corporali eſſe obnoxios*, Epiſcopius hanc moriendi neceſſitatem eſſe quidem malum pœnale fatetur, verum ad *ſolam perſonam Adami pertinere, quod pœna, qua talis peccantem non egrediatur, ad alios vero homines, non ut malum pœnæ, ſed naturæ tranſlatum, quam ab Adamo naſcendo participant En certitudo!* quamvis autem nunc planè defecerint, Arminius tamen dubium de ejus originalis peccati eſſentia movendo, viam ſtravit. Quo minus ab Ephecticorum

vid. Ryſſen. c. 1. c. 6.

differt. 2. contr. Mareſium.

more

more licitum ſit hoc mutuari, ac adeo dubio animo morbū hunc gravisſimū agnoſcere ac credere, facit illud, quod morbus quaſi manuducit ad medicum, quo graviorem cognoverit morbum, eo magis ad Chriſtum unicum reſtauratorē confugiet peccator, ſeq; magis obligatū ſentiet vera fide vulnera Chriſti apprehendendi. Latius hæc vel adverſus ipſos Remonſtrantes demonſtrata ſunt à Doct.& Profesſ. Tubing. Wôlflino de lapſu Adami, & obligatione credendi in Chriſtum. Anſam Arminio præbuiſſe videntur diſcrepantes vel in ipſo conciliabulo Tridentino patrū opiniones, Ambroſii Catharini præprimis & Dominici à Soto, adeo ut, teſte Polano, Spiritus Legatorum Papalium nihil certi definire potuerit. Magnum hunc Pontificiorum diſſenſum tum circa eſſentiam hujus peccati, tum pœnam ejus Azorius, imo ipſe Andradius hoc myſterium aperuit apud Chemnit. in exam. conc. Trident. p. m. 88. nempe *illius peccati originis rationem propriam conſulto ſilentio involviſſe, & ita cuique liberum reliquiſſe opinari.* Quod inde evenire putamus, quod relictis divinis monumentis ex corruptæ rationis judicio ejus graviſſimi morbi naturam inveſtigant. Circa terminum ad quem meriti Chriſti, nempe liberationem ab æterna ac temporali morte, Scepſin fovent Arminiani. Sic Epiſcopius, *mortem etiam pœnæ rationem habere reſpectu ſanctorum & piorum, quam diu & quatenus ea corpus ipſorum ſub ſervitute corruptionis detinet, diſquiritur merito.* Eadem legi poterunt apud Arminium in artic. perpend. art. 9. Aſt qnoad fideles exſpirat hæc ratio, & habet mors ex inſtituto Dei rationem medii ad glorificationem ducentis, ſunt verba Doctoris Hülſem. brev. c. 16. §. 13.

vid. Calov. conſiderat. Armin. c. 7.

Polan. lib. V. hiſt. cōc. Trident. Inſtit. Moral. lib. 4. c. 26. vid. & Contradict. Papp. Chemnit. d. l.

Inſt Theol. p. 321. in artic. per prudent. art. 4.

§. 19. Plura quidem ſunt, quæ ſcepticis diſſertationibus committunt, haud levioris momenti, quæ pluribus hic pertractari rationes urgentes prohibent. Paucis tamen ut indicemus, diſputationis hujus ratio requirere videtur, ac ut de Sacramentis initium capeſſamus, utpote inſtitutis à Chriſto, quo ex parte noſtra prærequiſitum medium unicum ad ſalutem æternam perveniendi, fidem nempe juſtificantem, non modo conferant, ac applicent, verum eandem jam collatam obſignent & confirment. Ea autem quibus propriè Sacramentorum nomen competit, duo ſtatuit orthodoxa Eccleſia à Chriſto inſtituta contra ſeptenarium Pontificiorum numerum

Galat. 3. 26. 27. Act. 22. 16. Tit. 3. 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

quum vel requiſitis, quæ ad propriè dictum Sacramentum requirit ipſe Becanus, quinque illa deſtituantur, aliis fundamentis, quibus hic ſeptenarius infringitur numerus Sacramentorum, ſuo loco relictis, ac ſubſtituta quidem ſunt baptiſmus & S. cœna, in locum circumciſionis & agni paſchalis, ita, ut infantes octidui ſpatio præterlapſo, circumciſi ſint, ſic baptiſmi lavacrum ſub eadem neceſſitate infantibus Chriſtianis ſine mora, poſtquam in hanc lucem editi ſunt, conferatur, eamque neceſſitatem immotis fundamentis probarunt ex S. Sacra Orthodoxi, ut ex Marc.10.v.14. cum Joh.3.5. collato conſtat. Verum quo nihil ſua ſcepſi intactum relinquant Remonſtrantes, divina hæc myſteria eâ penitus corrumpunt, quum certi quid minus habeant de collatione gratiæ per Sacramenta, *eamq; indefinibilem controverſiam opinandi libertate, mutuaq; tolerantia componunt.* Neque de modo exhibendi gratiæ tantum, num ſcil. ut inſtrumenta phyſica, an ut moralia operentur, ac ad gratiæ collationem concurrant Sacramenta, an tanquam conditiones, ad quarum præſentiam DEUS gratiam concedat, ambigunt Arminiani, verum etiam *an efficiant gratiam, an ſint ſignacula gratiæ exhibitiva & confirmativa?* Ut prius aliquo modo tolerandum videtur, quum concurſus principalis cauſæ beneficiorum per Sacramenta collatorum, nempe Sp.S. haud adeo pateſcit, ac plura hac de re dici poſſent, ſuo tamen tempore ac loco reſervanda putamus, placet interim judicium D. Doct. Calovii *quod efficaciter gratiam operentur, ideoque non tantum ſignificativa eſſe gratiæ, ſed exhibitiva & operativa, (ſeu exhibitionem eam moralem, aut hyperphyſicam, aut quocunque alio nomine appellaveris, dummodo maneat vera atque realis, non ſignificativa tantum exhibitio.)* Poſterius vero minus conceſſum eſt, in dubium vocare, quum hoc ſatis clare Scriptura demonſtret, quippe iis adſcribitur donum renovationis, regenerationis & juſtificationis, ac ſpiritualis cum Chriſto unionis, videantur loca Scripturæ ſuperius citata. Sic de Abrahamo Paulus pronunciat, quod in præputio adhuc exiſtens per fidem juſtificatus, ſacramentum circumciſionis, ut ſignaculum atque ſigillum juſtitiæ fidei receptæ in præputio acceperit. In numero Sacramentorum ſcepſin propalat Epiſcopius, quærendo

vid. Doct. Calov. conſid. Arminianiſm. c. XXIII.

Matth.26. 27. Rom.4.11.

quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

quid referret, quot ſacramenta quis faceret: imo inquit *quid refert, quâ formula baptiſmi utaris?* aſt quot Salvator Jeſus inſtituit, ac neceſſitate mandati celebranda propoſuit Sacramenta, tot ſunt, nec plura ab ullo hominum poſſunt addi, quicquid nugantur nonnulli. Quod ſi in laxa ſignificatione adhibeat vocabulum Sacramenti, ita ut ritibus ac ceremoniis attribuat, ut ut tunc plura Sacramenta ſint, minus tamen putamus cujuslibet eſſe, vel hæc coacervare. Verum planè Sacramentum baptiſmi ſcepſis Arminianorum evertere videtur, etenim forma rei in dubium vocata aut negata, ſubſtantia ejus corruit, quum ergo parum referre arbitratur Epiſcopius, qua formula quis Sacramentum adminiſtret, imo alio loco negat formam baptiſmi in certorum (illorum nempe, quibus Chriſtus inſtituit peragendum baptiſmum) verborum pronuntiatione ſitam, & ne ullam quidem pronuntiationem neceſſariam, aut præſcriptam eſſe credit, quid hinc aliud conſequitur, quam myſterii illius ſublimis everſio? Quamvis autem æquipollentibus verbis ſermo hic, citra immutationem formæ efferri poſſet. (Quo modo Lutherus noſter, ac D. Brentius, ille in capt. Babylonica c. 9. de baptiſ. hic in catechiſ. ſtatuunt, qui propterea immerito à Jeſuita Bellarmino accuſantur, vid. Doct. Meiſneri colleg. de Sacram. diſput. X. theſ. 49. & ſeq.) Cauſa tamen nulla apparet, cur id concedamus, quum meliora nullus hominum ſubſtituet: nullatenus autem Epiſcopio largimur, cujuslibet arbitrio relictũ, qua formula in adminiſtratione baptiſmi baptizans utatur, (qua in parte Voſſius ipſe, etſi alias colludat cum Epiſcopio in neceſſitate formulæ, ab eo diſſidet diſp. de baptiſ. diſp. 2. theſ. 5. pag. m. 48. & 55.) cum inſtitutio vim præcepti habeat, & optime verti poſſit per translationem imperativi, ut hoc modo mandatum & executionis præceptum denotet. vid. ſuppl. Brev. Hülſem. cap. 10. §. 9. Proinde ea verba, quibus eum peragendum voluit cauſa principalis Chriſtus inſtituens, omnino adhibenda ſunt. Quæ enim hic objiciunt loca Actor. 2. 38. cap. 8. 16. cap 19. 5. minus evincunt Apoſtolos commemorato ſolo nomine Chriſti, formam Baptiſmi adminiſtraſſe, quod patet ex Actor. 19. verſ. 3. quum invocato nomine Chriſti reſpectus habeatur ad finem baptiſmi.

Inſt. Theol. pag. 261.

diſput. pag. 300.

Hülſem. brev. cap. X. §. 9.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Quæ alias latius deducta lege apud noſtros Theolog. paſſim D. Meiſnerum cit.loc. Dideric. inſtit. p.901. Et Calvinianos Maccovium in loc.commun. cap. 69. p.m. 823. Alſtedium Theolog. Catechet.pag.436. aliosque. Et enim, ſi non ipſam formam, ut nonnulli haud perperam ſtatuunt, ſtrictè ſic dictam conſtituat invocatio S.S. Trinitatis per præſcripta verba, eſt tamen de ratione formali per quam ejusmodi aſperſionis vel immerſionis in aquam actus, à reliquis ejusmodi actibus diſcernitur ac determinatur, tantum abeſt, ut intermitti poſſit recitatio verborum, ac in nuda actione peragi, ſic enim minus diſcrimen eſſet inter reliquas actiones, quum neceſſe ſit, ut aliquid accedat, quod loco differentiæ ſit, præſtat autem hoc recitatio verborum inſtitutionis, à qua unicè aſperſio habet, quod elevetur ad ejusmodi effectus, regenerationem & renovationem edendos.

§. 20. Mirum ergo non eſt, quod tam tenuiter de Sacramentis, eorümque efficacia loquantur, quamvis enim modum quendam exhibitivum Sacramentalem Evangelicum ſtatuant, ita tamen deſcribunt, ut veræ ac realis exhibitionis nomine minus venire poſſit, utpote objectivè ſaltem promiſſiones divinas ob oculos ponens atq; obſignans, nihil ergo præter nudam ſignificationem relinquunt. Inde eſt, quod baptiſmi definitionem & Socinianis & orthodoxis accommodent, quum tamen maximè à ſe invicem diſtant. Sic an in locum circumciſionis baptiſmi Sacramentum ſucceſſerit incertum videtur eidem Epiſcopio, ac diſquiri permittit, quod tamen ab Apoſtolo ad Coloſſ.2.v.11.& 12. adſtruitur. Verum ne hic quidem ſcepſis Remonſtrantium tantum circa baptiſmi ſalutarem doctrinã verſatur, ſed & neceſſitatem ejusdẽ, ratione medii ordinarii conſideratam, eam imũnem non relinquunt, quippe maxima exiſtente multitudine eorum, quæ neceſſitatẽ baptiſmi infantibus ſtatim à natalibus diebus conferendi negat, pro more dubiam Orthodoxis reddere conantur, ac dicunt παιδοβαπτισμὸν *non ut præcisè obſervatu neceſſarium vel ex præcepto Chriſti, vel ex traditione Apoſtolica, aut alia aliqua certa, ac indubitata autoritate tenendum eſſe*, haud quidem penitus rejiciunt, prout in Apologia videre licet, in Anabaptiſtarum tamen gratiam hæc perferunt, eorumque Paſtores pro legitimis ac veris habent.

vid. Apolog. cap. XXII. Epiſcop.diſpr. p.29. th.4.

contra Heidan pag.355

Apol.pag. 247.

habent. Quæ in contrarium proferunt, præprimis ex antiquitate, diſcuſſa ſunt in Doct. Calovii conſider. Armin. In Sacramento Euchariſtiæ ſcepſis eorum haud adeo ſe exerit, quum in plerisque falſis ac hæreticis opinionibus citra dubitationem adſtipulentur.

§. 21. Reliquum videtur ut hominis ſtatum inſtitutionis, ut & Angelorum conſideremus, quæ in eo ſcepſi ſua involvunt Arminiani. Supra enim hominis ſtatũ deſtitutionis & reſtitutionis ex præpoſita methodo vidimus. Ac quod attinet ipſam creationem divinam, Orthodoxa Eccleſia ſemper ſtatuit DEUM, quæ extra ipſum ſunt ex nihilo creaſſe, neque quicquam ipſi extitiſſe coævum, neque materiam primam, aut aliud quidquam. Prætéritis autem iis, quæ habentur apud Vorſtium, qui admodum impropriè loquitur, ut ſe liberet à Socinianorum placitis ſemel admiſſis, Epiſcopius putat *rem tanti non eſſe, ut propterea cum quoquam pedem ſtruere velit, ut potius cuilibet permittat ſuo abundare ſenſu. Imo materiam primam ex nihilo factam eſſe, ſcripturam ſine controverſia non adſerere.* Verum remota æquivocatione vocabuli æterni aut coæterni, rectè aſſeritur, præter DEUM cuncta eſſe creata, nihilq; ipſi coæternum, & quamvis in terminis minus habeatur in ſacro codice DEUM materiam primam ex nihlo creaſſe, ſatis tamen evincunt loca Scripturæ, Rom. 4. 17. Hebr. 11. 3. ut ſcepſis Epiſcopii hic merito ceſſare poſſet. Plura quidem veriſimiliter ſaltem, ut ipſe pronuntiat circa creationem habet, quæ prætérimus. Angelos quod attinet ſtatuendum ipſi videtur, eſſe ſubſtantias ſpirituales, quum tamen remoto omni dubio hic ſeſe præeunte Scriptura, explicare poterat. ſimili modo dubitat, numne ſpiritualitati Angelorum aliquid corporeæ molis ſit adjungendum? Ejusmodi Scepticiſmus, ut ut fidei eſſentiam minus attingat, eamque ſubvertat, turpe tamen exiſtimamus, præprímis Epiſcopo ejusmodi ac Doctori, quum parum dubitatio hæc abſit à contradictione. Ambigunt etiam Remonſtrantes de confirmatione Angelorum bonorum in ſtatu gloriæ ipſorum, etenim nullo ſolido teſtimonio aut argumento hæc probari poſſe, putant. Quod tamen minus vero conſentaneum videtur. Quum enim videant ſemper faciem DEI in cœlis, ſumma

Apol. 248 cap. VXIII. §. 7. &c.

in alt. reſp. adverſus Sladum §. 73. 74. &c.

lib. 4. inſtit. ſect. 3. c. 1. Ib. pag. 245.

Ebr. 1. 14. & v. 7.

Apolog. c. 6. fol. 76. Et Epiſcop. apud Doct. Calov. c. 4. §. 8.

Arminius in reſponſ. ad XXX. artic.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

autem felicitas in eo intuitu conſiſtat, ab ejusmodi viſione & fe-
licitate ceſſare minus poſſunt, quum objectum illius viſionis ſit
optimum, neque intellectus à voluntatis imperio unquam mo-
veatur, ab eiusmodi, nunquã non præſentis objecti intuitu, de-
ſiſtere, utpote quæ ſemper fertur in ſummum bonum, ac proinde
actum illius viſionis cœleſtis potius continuandum jubet. Ac-
cedit, quod ipſemet Epiſcopius fatetur, *ex oppoſito malorum Ange-
lorum ſtatu, haud improbabiliter de felici ac nunquam interituro ſtatu*
vid. 2. Cor. *bonorum Angelorum poſſe judicari.* Quod hominem concernit ſce-
XI.14. pticæ diſquiſitioni committit Epiſcopius, *an corpus hominis creati*
Matt. 25.36. *eſſentialis pars ſit, nec ne?* verum, ut tantum reliquis incommodis,
quæ ex hac opinione mala profluunt, haud recenſitis, dicamus
quod veritatis ratio poſtulare videtur, impingit in articulum
fidei ſymbolicum, quo credimus idem numero corpus reſurre-
cturum, quod ſi ad hominis conſtitutionem eſſentialem minus
pertinet, neq; extremo die reſurget. Imaginẽ protoplaſtis à DEO
communicatam in juſtitia & rectitudine conſiſtentem, quamvis
negare minus vult Epiſcopius, *eius tamen fundamentum ullum in*
Scriptura eſſe, ſe minus videre, neq; tamẽ receptæ opinioni ſe velle refragari,
diſſert. 3. de *dicit*, qua certitudine animus ejus inſtructus ſit, vel ex hoc liquet,
peccato Origin. con- Curcellæus ulterius progreditur, & commentum vocat. Et
tra Marce- Apologia eorum cap. 5. p. 59. *utrum Adam habuerit juſtitiam origina-*
ſium. *lem, nec ne? Et utrum illa concreata, an tanquam naturæ ſuperpondi-*
um ſuper addita fuerit? putat quæſtiones titi vilitio viliores. Quum tamen
meriti Chriſti neceſſitas, reatusq; noſtri gravitas ſatis æſtimari non
poſſit, niſi perceperimus unde excidimus, & quibus gratiæ do-
nis inſtructi fuerint primi parentes, Liquidum nunc arbitramur
ex modo dictis damnabilem eorum eſſe ſcepſin, ac minus tole-
randam, quod ipſum fundamentum, ac quæ indivulſo nexu ipſi
adhærent, corripiat. Ut itaque Myſteriis illis ſummis in du-
biũ vocatis, & à neceſſitate credendi excluſis, nihil relinquant
in Sacris, quod terminos naturalis Theologiæ excedat, ſicque
lumen naturale erit converſivum hominis peccatoris.

§ 22. Aliorum præprimis, qui Politici appellantur, ſce-
ciſmus cunctos fermè articulos fidei corrumpit, nihil enim cer-
ti ſibi vendicant, eo quod diſſidia eruditorum Theologorum cu-
juſli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

juslibet Sectæ animum diſtrahant, ut cui adhærendum ſit, ignorent. Malunt ergo indifferentes eſſe, nulliq; ſe addicere religioni, neutraliſtas agere (ex quo poſtea atheiſmus profluit) quam judicium diſcretivum de religionis controverſiis, quas leviculas, ſtultas, inanes appellant, ferre. Quod minus mirum, quum iis conſiliis, qui Theologorum nomine inſigniri cupiunt, eos ita inſtruant, ut prudenter diſſimulent, ac ἐπέχειν è manibus haud dimittant, quo reſpexit Archiepiſcopi Spalatenſis una cum Caſſandr: conſilium, de quo vid. Venerandum Dannhauerum. Non dicam aut commemoraturus ſum cauſas hujus nefandi ſcepticiſmi (quod in efficientis cauſæ conſideratione factum) quem haud immerito apud ejus generis homines proximam viam ad Atheiſmum ducentem pronuntiamus, quippe eorum politicam religionem, ac qua authoritate ipſis ſint ſacræ litteræ, prodidit egregiè illuſtris Gymnaſii Luneburgenſis celebris Profeſſor Doct. Claſenius, libr. de Religione Politica. Huc referri poteſt exemplum de Cardinale Perrono, qui cum coram Galliarum Rege Henrico IV. oratione habita, probaſſet eſſe DEUM, obtulit ſe ſequenti die contrarium probaturum, ſi Regi allubeſceret, quam ob cauſam etiam aula excedere juſſus eſt, præclarum hic ſeſe præbuit ſcepticum, omni orationi oratio æqualis oppoſita eſt, quod in ſcholis eorum perſonabat. Reformatorum eorum præprimis, qui haud mediocri ſtudio allaborant pacem inter nos diſſidentes ab ipſis conficere in religionis controverſiis, ſcepſis cernitur in decurtatione articulorũ, de quibus controvertimus, eos nempe à neceſſitate ac obligatione credendi excludentes, de quibus conſulantur obvia ab utraque parte Irenica ſcripta. Alias in quam plurimis fidei capitibus eorum ſcepſis cernitur, & ſane nonnunquam ſolerti verborum involucro ſenſum Calvinus contegit. Quod præprimis oſtenſum in Calvino Judaizante Doct. Ægidii Hunnii. Etenim quam lubricè ſegerat, gloſſis ac corruptelis Judaicis corrumpendo teſtimonia de Trinitate, Deitate Chriſti, & Spiritus Sancti, Chriſti adventu, nativitate, paſſione, reſurrectione, aſcenſione in cœlos & ſeſſione ad dextram DEI, ſatis ibi demonſtratum legitur, neque nobis ulterius animus eſt perſequi, collegit non nullas antilogias ex ſcriptis eorum Schlüſſel-

Vid. Foreri indifferen- Arminii orationem de componendo Religionis diſſidio. Excel. Præſidis diſput. ad Coſtant. Magni epiſt. §. 41. Salv. Reformat. p. 644.

Schook. lib. 1. de ſceptic.

ſelburgius Theologiæ Calviniſt. lib. 3. art. 8. & Wigandus in Sacramentariſmo p. m. 339. Videndus etiam Joh. Schulteſius in Phraſeologia, qua oſtendit, quod & nos ſuperius monuimus, Arianorum inſtar, quo in cautos circumveniant, iiſdem vocabulis ac modis loquendi uti, verum alia ſignificatione, ſatis hoc ſignificarunt non ſaltem Beza & Farellus in colloquio Wormatienſi, de quorum dolo bono, ut vocant ad Helvetios fratres, conſule Epitomen hiſt. Eccleſ. Oſiandri cent. 16. part. 2. cap. 28. verum & CryptoCalviniani Wittebergenſes, de quibus vid. Schluſſelburgium libro citato art. 1. & Oſiandrum cit. loc. cap. 68. Pontificiorum detegimus tum in principio fidei S. Scriptura, quam Lesbiam regulam ac inſufficientem incertamque normam putant, quas autem neſcio unde, traditiones ſuſpiciunt, certitudinem divinis litteris conciliare, tum circa principiata, ut myſterium SS. Trinitatis &c. Circa reliquos fidei articulos hic eam exactè perſtringere minus conſtituimus, dubitationum, quæſtionumque, quas minutum coacervat Scholaſticorum temeritas iliada apud D. Zeæmannum de imagine Dei cap. 1. art. 3. & 4. invenire licet. Conf. etiam Petr. Suavis Polani hiſtoriam Concilij Trident. Petrum Beſſæum Regis Galliarum Eccleſiaſtem in Dom. XII. Trinit. alioſque ſupra citatos. Verum de hiſce ſatis, properamus ad formale cauſarum genus.

§. 23. Quæ nunc ſit ratio formalis hujus Scepticiſmi ex dictis facilè eruitur, nempe nullius rei tanquam planè ac perfectè cognitæ aſſenſus, judicii ſubtractio, ac ultra veriſimile & probabile rerum perceptarum certitudinis ἀπόφασις. Inde Scepticus quidam interrogatus, quid ſibi, quas circumferret, lances vellent? reſpondit ζυγοστατῶ ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους, καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀπευθύνω, καὶ ἐπειδὰν ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω τότε δὴ ἀγνοῶ τὸν ἀληθέστερον, hoc eſt, *lancino in illis rationes, & ad æqualitatem reduco, & cum accuratè ſimiles & æqualis ponderis video, tunc quæ verior ſit neſcio.* Proinde hi Sceptici culpam merentur non quod ſuſpenderint judicium, verum quod in iis, quæ ſole clariora erant, & in incertis æquè ac certis. Quum in prioribus utique, quoad incerta ſunt, non ſaltem licitum, ſed & ſapientis eſt ἐπέχειν, neque reprehenſionem incurrunt, quod ad veriſimile ac probabile confugerint;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

rint, in confeſſo enim eſt, omnium rerum haud eſſe certam evidentemq; notitiam, ac propterea in quam plurimis ad probabile recurrendum eſſe ſubſiſtendum ſit ultimo, ni latius, quam æquum eſt, hanc probabilitatem extendiſſent, utpote cunctas res ea involventes, nihilque niſi ſuo ſaltem probabili conſtare aſſerentes. Et ſic, ut habet Epictetus apud Arrianũ l 1. c. 5. dicitur de illis, quod oppoſuerint ſe impédio perſpicuis, qua propter profecto haud immerito ludibrio publicè habiti fuerint, ut ex Arriano in commentario ad Epictetum, profeſſione Stoicum, Martinus Schookius refert, tantum abeſt, ut labore, ingenio omnes ſuperarint Philoſophos, ut Lipſius vult, quod omnia aliorum ſcita tenere debuerint. Habuerunt enim peculiares modos, quos epochas appellarunt, qui fuerunt quaſi argumentorum genera, quibus indicare voluerunt, nullam adhuc ſcientiam comparatam, verum ne comparari quidẽ poſſe; ac ſic iſtis modis ſeſe oppoſuerunt dogmaticis Stoicis præprimis, qui Scepticis infenſiſſimi erant. Eodem modo formalis ratio in rebus Theologicis conſtituitur, eadem quippe hic cernuntur, ἐποχὴ famoſa ſatis, in quibus haud conceſſa eſt, propoſitæ ex Sacris Iſraelis fontibus quæſtionis in utramque partem diſquiſitio & ad probabilitatis rationes ultimum confugium,

Sext. Empir. lib. 1. Pyrrh. hypoth. c. 33.
lib. 1. cap 5.
lib. 1. de Scept. c. 17.
lib. 2. manud. ad philoſ. Stoi. diſſert. 4.
Schookius. lib. 1. cap. 18.
Valleſius Sac. Philoſ. cap. 64.

quaſi recta fides, quæ omni rationis ordinatione, diſcurſu, indagine opinione, ſcientia, item omni denique intellectu poteſtativo agenti, ſpeculativo adepto, quantum ille ipſe ſe inferiora viſitat longè quidem eſt certior & tam ad contemplandum quã ad agendum efficacior, fluxa illa atque caduca, quæ tempori cæloque ſubjacent, non ſuperet, Neque hic culpandi ij, cum circa ea, quæ fidem minus attingunt, ac quorum neque in Sacra Scriptura, neque in antiquitate vera atque incorrupta, deciſiva ſententia conſpicitur, quæquè neque ab cunctis fidelibus credita ſunt, neque credenda ſub aliqua neceſſitate incumbunt, diverſas alunt opiniones, ac ἐποχὴν nonnunquã amplecti malunt, quam certi quid ſtatuere. Omittendum tamen minus cenſemus gradus perfectionis in fide, notitiamque myſteriorum ac quæ revelationis divinæ ſunt, vel modo communi per fidem concipi, ac ſic cunctis fidelibus ad ſalutem ſcitu credituque neceſſaria quã maximè, alio verò excellenti modo obtingit hæc cognitio, quo fides augetur dono ſapientiæ majorique perſcrutatione eorum, quæ

Ioh. Reuchlini. alias Capinionis phorcenſis Ic. de verbo Mirifico l. 1. cap. 9.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

ad fiduciam quoquomodo faciunt, quo in loco conſtituta notitia, ſubjectura ſalutis haud neceſſaria eſt, conducit tamen perfectioni ac gradui inſigniori fidei conſequendæ, quod quidam explicant diſtinctione articulorum fidei in Catholicos & Theologicos, cujus diſtinctionis membra Maccovius verbis Parei ita declarat *Articuli Catholici dicũtur, qui ad fidem Catholicam requiruntur, Theologici autem qui ad ſcientiam Theologicam propriè pertinent, quam, in Scholis ac Academiis cathedraque Eccleſiaſtica docentibus neceſſariam ad fidem Catholicam tradendam tuendamque dicit: illorum ignorantia eſt damnabilis, dubitatio periculoſa, negatio hæretica & impia, horum vel ignoratio haud eſt damnabilis, neque dubitatio aut negatio ſemper hæretica vel impia*, reliqua ibi vide. Sic cognitio divinitatis & humanitatis Chriſti neceſſaria omnino eſt, dicente ipſo Chriſto, αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν χριστόν, Ubi utramque notitiam requirit, quam dicit eſſe vitam æternam, quia eſt unica via ad vitam æternam, eamque ex ſe cognito ac apprehenſo parit, ut proinde hic Scepticiſmus Arminianorum tolerari nequeat.

Loc. Com. ab Arnoldo editis p. 2. ex libro de Synodo & unione Evangelic.

Ioh. 17. 3.

Ioh. 14. 6.

§. 24. De Scepſi autem ſermonem facientes, ab ea potius remotã volumus opinionem eorum, quibus cuncta, quæ in Sacro volumine revelata, æquè incerta ſunt, atque judicium ſuſpendunt circa ea omnia, quæ in dubiũ vocare fides Cath. prohibet, quique haud ſecus divina Scepſi committunt, quã Veteres Ephectici humanarum rerum ſcientiam, quod magis hi ad Atheiſmum deflectant, qui ex impia ſacri codicis elevatione velut fonte promanat, Qua in parte ſtrenuè ſe gerunt Papiſtarum Theologi, ſicque plenis velis Atheiſmum introducunt. Neque etiam hic tã eorum Politicorum ſeu Laicorum opinio Scepticiſmi poteſt inſimulari, qua circa controverſias recentes in Eccleſia exortas, neque adeo ipſis perſpectas, judicium deciſivum non ferũt, quum in Gallione Proconſule Achajæ illa ἐποχὴ haud æq; ut cõtéptus dãnetur, verũ poſtquã in rei controverſæ cognitioné adductus quiſpiam, tum velit ea ἐποχῇ uti, Sceptici nomen meretur. Neque hic tamen eorum quæ in controverſiam veniunt obſcuritatem prætexere licet, Nam plerumq; non vitio Scripturæ, ê quâ decidendæ quæſtiones controverſæ, quam ejus fit, qui præſcripto S. litterarum medio ac luce

Vid. Spitze. ſcrut. Atheiſ cap. 16. & ex quo deſumpſit Voet. ſelect diſp. de Atheiſmo. Himmel. in matæolog. Papiſt. diſput. 2. §. 19. & ſeq.

Act. 18. v. 11.

D. Dannh. Salv. Refor. pag. 627.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

luce,mentis corruptæ tenebras diſſipante , utitur , fieri con- Vid. Excell.
ſuevit,ut ea,quæ controverſi juris ſint,capere minus poſſit.Exem D. Bebelii
plo nobis ſit alias laude illuſtris Imp. Conſtant. M. putans ὁμουσ- diſput. ad Conſt. M.
ιαν Filii Dei illæſa fide ignorari poſſe,ac omnino conceſſum in hac Epiſt. §.42.
obſcura,ac omnibus haud obvia quæſtione ἐπέχειν, quam ſenten-
tiam finita Nicæna Synodo miſſam fecit. Verum non ſolum ju-
dicium ſuſpendentes in iis articulis, qui ſua luce clari in ſacris ha-
bentur, Ephecticorum nomine inſigniuntur, ſed & illi, quibus
quidem revelata æternæ veritatis myſteria ſunt & haud
ignota,circa ea tamen probabili ſaltem modo, ſeu defendenda &
corroboranda ſunt, verſantur, neque eorum neceſſitaté tanti æſti-
mant , quanti ſacer codex , ac cana antiquitas ſemper eſſe
voluit. Etenim antiqui illi Sceptici ad probabile & veriſimile in
humanis ſcientiis progrediebantur tantum , ſic hi ſimili modo
ſuum veriſimile, quo in acquieſcendum ſit, nobis in divinis re-
bus obtrudere minus verentur , quos intellectos velimus, facile
aſſequi poteſt aliquis, quorũ nẽpe Scepſin revelatã dedimus hacte-
nus.Ex hiſce nunc patebit, quo jure, quave injuria noñulli noſtro
tempore Scepticis annumerari poſſint, aut annumerentur. Mi-
nus enim hic licitum eſt, ſemper cum Carneade dubitare, ad ali- in art. per-
quam fidei πληροφορίαν eundum , præprimis Doctori Eccleſiæ; pend.ult.
Qui autem omnes iſti ſint haud liquet dicere, quod multi ament
cum Veteribns Scepticis deliteſcere; quam in publico ſe ſiſtere,
ac non niſi clanculum eam produnt, quod maximè ſecundum re-
lationem Hornnbeckii ſum.cont.cap.7. de Lælio Socino dici po-
teſt, *qui hæreſes ſuas non niſi interrogans, & diſputandi prætextu magis,*
quàm aſſerendi Zanchio propoſuit, quod idem Hornbeck de aliis So-
cinianis cit. loc. affirmat. Inprimis autem cavendum, ne prære-
quiſitis deſtituto vitium hoc affingatur.

§. 25. Finem quod attinet, in ejus conſideratione (1.)
obſervamus, quem alias vocant intentionis , eumque Veterum
Scepticorum, qui non deſtituebantur ſcopo, ad quem Scepſin di- Sext. Emp:
rigerent, ille autem fuit ataraxia , quæ eſt vacuitas perturbatio- lib. 1. cap. 4.
num in animo & tranquillitas, quam quomodo aſſecuti fuerint, Pyrrhon.
Sextus docet, quod verò intenderunt per ſe, nacti ſũt per accidens hypotheſ.
ſaltem, quum in iis quoque fluctuaverint, in quibus tranquilli eſſe l.c. cap. 12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

debuiſſent Hoc nonnulli eorum obſervantes duplicem finem propoſuerunt ſibi pro duplici imperturbatione , prout ex Schookio videri poteſt. Ut vel inde liquidum ſit,quam maxime impingant hi homines,ut pote nihil certi ſtatuentes ſe comprehendere poſſe, viam præcludunt ad præfixam metam perveniendi , quum non certi ſint,ea ne potiantur,an ſecus. Ad hunc finem tamen quo pervenirent,non ſolum modos epoches de quibus ſupra,habuerũt,verũ Oneſidemus ætiologiam ſeu cauſæ redditionẽ, ſit venia verbo, qua ſcientiæ conſtarent , octo modis diruere conatus eſt , quos hic recenſere ſuperſedemus , leguntur apud Martinum Schookium libro cit. cap. 14. lib. 1. Propoſitam habuerunt ſimul everſionem omnis diſciplinarum humanarum certitudis, quod de Arceſilao confirmat Lucullus apud Ciceronem eum , cum jam Philoſophorum diſciplinæ graviſſimæ extitiſſent, exortum,ut in optima republ. Tiberium Gracchum , qui otium perturbaret , & in eorum autoritate deliteſceret , ad benè deſtitutã Philoſophiam evertendam, qui negaſſent quicquam ſciri,aut percipi poſſe. Ut autem intentionis fini,eventus minus interdum reſpondet , ſic neque hi Sceptici unquam,quod ſibi propoſuerunt , conſecuti ſunt , prius ſupra declaratum eſt, poſterius verò exinde clarum , majores progreſſus quotidiè in percipiendo vero factos , adeo ut Sceptici patroni campo ceſſerint , ac veritati locum reliquerint.Seneca quippe jam ſuo ævo hoc declarat , quis eſt inquit,qui tradat pręcepta Pyrrhonis? Quod ſi autẽ fuerint ejuſdem reſtauratores,adeo illuſtres haut reperiuntur,niſi quod colẽdum,noſtro ſeu ſuperiori ſeculo quidam exorti fuerint,Cardanus, qui nimium novis Scepticis conceſſit, & reliqui in Italia religionis vertum ni, quorum aliquos,quos inter eminẽt Philoſophi ibi notavit Voetius diſput. de Atheiſmo. Referri huc etiam poſſet Cornelius Agrippa,quod ſcientias humanas attinet,eas quippe maxime incertas proclamat. Cumprimis illa â Renato des Cartes libertas ac Scepticiſmus introductus , quo in dubium vocare vult ipſa naturalis luminis principia atque axiomata , quod ſanè neque pium,neque periculo caret , vix etiam aliquis â ſe impetrabit ut impreſſam menti de Deo cognitionem eripi creda oblivione ac deletione, quum ſæpius quidem ea notitia obſcura redditur

Vid. Schookium. lib. 1 cap. 9.

l. 7. quæſt. natur. cap. ultim.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

datur, per naturam tamen penitus obliterari nequeat. Simili mo- Rom. 1. 21.
do ut primas veritates, quas nulli non, modo, quibus efferuntur,
terminos intelligant, apprehendunt, in dubium vocet quiſpiam Vid. Schookium lib. 4.
adigi vix poterit. Neque extra periculum eſt, quod facilis inde cap. 4. de
prolapſus ad Atheiſmum nefandum ſit, ut demonſtratum legere Scepticiſm.
licet apud Voetium in diſput de Atheiſmo.

§. 26. Quem nunc ſibi propoſitum finem in Scepſi ſua
habent, qui eam in ſacris adhibent, non ita liquidæ veritatis vide-
tur, quoad intentionem finis conſideratam Qui enim ea, divino-
rũ monumẽtorũ certitudinẽ everendam ſibi præſumũt, eos hic ni-
hil moramur, utpote extra numerũ Chriſtianorũ, cõſtitutos, ac qui
vel aliam certiorem vel nullã introducũt religionẽ. Interim tamẽ Vid. Epiſc.
Arminianor. finẽ intentum ſatis videntur ſcripta nobis prodere, in concion. de incredul.
(1.) Cum nempè ipſorum cætui adjungant Judæos, Socinianos, Iudæorum.
Mennonitaſque, quorum in gratiam quam plurimos â neceſſita-
te credendi articulos excludunt, inque eorum veritate adſtruen-
da contra quosvis hæreticos frigidè ſe habent, hic verò ſilere non
pietatis erit, ſed impietatis ſummæ, non prudentiæ, ſed irreligio-
ſæ timiditatis ac ſocordiæ, non clementiæ, ſed in Dei ac Jeſu Chri- in reſponſ.
ſti gloriam crudelitatis maximæ, ipſi Remonſtrantes teſtantur. ad Epiſt.
(2) Ut libertatem ſentiendi ac hæreticarum opinionum tole- Wallach.
rantiam introducant, quam quidem certis limitibus circumſcri pag, 89.
ptam volunt in Synodo Anno 1624. 16. Maij habita cap. 3. ve- Vid. Apolog. p. 276.
rum ut in ipſa expoſitione fidei ſuæ, quã certi ac πληροφορούμενοι ſint pag. 29.
cõſtat. ſic quidã eorũ latius hãc licentiã quidvis ſtatuẽdi, ac in du-
bium vocandi extendunt, quam alii conceſſam velint, (quod in
prænominata Synodo conſpicitur, ubi hæc tolerantia ignoran-
tiarum mutua, velut anima Remonſtrantiſmi, & propria res, qua
ab omnibus aliis ſectis inter Chriſtianos diſcernuntur, â nonnul-
lis dicitur.) Vid Voetii diſput. de articulis & erroribus funda-
mentalibus, & appendicem quæſtionum de Remonſtrantiſmo.
Hoc ſuo Scepticiſmo ac perpetua fermè ἐποχῇ nullos hæreticos
damnant, *quod de ijs nullus mortalium ſtatuere certo poßit, an pertinaci-* Epiſcop. diſput. §. 14.
ter hæreſi inhæſuri ſint. Qua in re viderint annon Spiritui S. aper- p. 321. Vind.
tè obloquantur, jubenti per Apoſtolum quidem ſub principium pag. 12.
ἐν πρᾳότητι παιδεύειν τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς με- 2. Timot. 2.
τάνοιαν vers. 25.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

τάνοιαν ἐις ἐπιγνωσιν ἀληθείας, verum etiam ἀιρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ
Tit. 3. 10. μίαν ϗ δευτέραν νυθεσίαν παραιτεῖσθαι imo ἀποτόμως ἐλέγχειν ac ἐπιστο-
Vid Calov. consider. Arminian. pag. 538. μίζειν. Et ad Galatas anathema dicit qui aliud Evangelium prædicent, ſi etiam Angelus ê cælo veniret. Quod ſi Arminianorũ ſentẽtia vera, nullum arbitror fore hæreticũ, *neminem quippe*
Curcellæus diſſert. 1. adverſ. Mareſ. pag. 53. *pro hæretico habendum cenſent, qui ſe religioſè illa quæ claris verbis in Scriptura docentur, amplecti profitetur, etiamſi in obſcurorum aliquot locorum intelligentia ipſis hallucinari videntur.* Omnes hæretici ferè provocarunt ad ſacra volumina, inque iis errorum ſuorum latebras quæſiverunt, quod ſi ergo nemo obligetur ad verum verbi di-
Apolog. cap. 25. vini ſenſum ſequendum contra conſcientiam ſuam licet erroneam, janua ſatis ampla quibusvis hæreticis aperitur. Ii namque vel juramento confirmabunt, errorem ſe deprehendere minus poſſe. Eundem ſanè finem Politici nonnulli intendunt, ac propterea controverſiarum Theologicarum, polemoſophiæ ſacræ curam objiciunt, (quos propterea Libertinorum ac Atheorum nomine inſignit Cornel. â Lapide in 2. Pet. 1. 1. eorumque numerum indies augmentum capere ait quod ſimili modo Lenſæus in oratione contra eos, qui ſe Patriotas nominant, dicit de hodiernorum Pſendopoliticorum libertinis ingeniis, variarum religionum conditoribus irreligioſis, ut & Adamus Contzen Jeſuita lib. 2. Polit. cap. 14.) ejuſque deciſivum judicium in ſtatum clericorum referunt, quũ tamẽ in univerſũ doctrinæ, quæ vera,
Hulſeman. Brev. c. 19. theſ. 5. quæ noxia ſit diſcretio in clericos, ut vocantur, non ſit unicè reſignanda, cuilibet enim dictum ſcrutamini ſcripturas, neque quic-
Ioh. 5. quam hic turba Papiſtarum, qui lubenter ac omnibus viribus,
Act. 17. repugnante Scriptura, non Laicis ſaltem, ſed & Magiſtratui legitimo judicium hoc diſcretionis doctrinæ ac ſpirituum eriperent, aſt illud ſatis diſcuſſum ac determinatum â noſtris, quouſque ſe illa poteſtas Magiſtratus civilis circa rerum Theologicarum controverſarum deciſionem extendat. Alii alios ſibi Scepſi ſua propoſitos habent fines, cum primis Pontificiorum conatus eo tendunt, ut Sacræ Scripturæ certitudine erepta, ad Pontificum decreta, Eccleſiæ conſtitutiones, quas pro certis venditant,
Vid. Himmel. Matæ- ultimatè recurramus. Neque opus hic videtur pluribus id demonſtremus, quum ſatis conſtet, quæ de certitudine S. Scripturæ,

perſpi-

perſpicuitate ac autoritate nobis intercedant certamina, omnem ἀσφάλειαν verbum Dei ê ſcrinio pectoris Romani, traditionibus in publicum haud evulgandis, ſed quæ catenis quaſi Romæ detinentur, mutuari, ut lucem luna â ſole, verum ut cuncta hæc Libertinorum cauſam egregiè corroborent, (mox enim patebit in hunc eorum Scepſin degenerare) ita ſua eſt eritque divinis monumentis certitudo, lux communis, omnibus illuceſcens hominibus, quorum intellectus alias tenebris ſpiritualibus obruti. Reformati Irenici pacis Eccleſiaſticæ procurandæ ergo, Scepſi utuntur, cum articulorum inter nos controverſorum neceſſitatem credendi, inficiant, parum incommodi inde metuendum autumantes, ſeu credantur, ſeu minus. Verum eorum non ſolũ neceſſitatem credendi, ſed etiã in fundamento nos cum ipſis haud convenire oſtenderunt Mentzerus, Hunnius in διασκεψ: ac nuperrimè D. Kuhn dicens: Non convenimus in fundamento ſubſtantiali Chriſto, cujus tum perſona tum officium controvertitur, neque organico verbo & Sacramentis, neque dogmatico. Vid. etiam diſputationem D. Balthaſaris Meiſneri, de hac quæſtione, an Lutherani & Calviniani in fundamento fidei conſentiant. Ut & Doct. Dannhavveri diſſertationem de pace religioſa. Oſtendit etiam fautor noſter ſumoperè ſuſpiciendus D. Fauſt exercitationibus ſuis ad prædictum colloquium Caſſellanum. Scopus autem hic, ut ut Eccleſiæ conduceret, finemque haud culpandũ cenſeamus, de mediorũ tamẽ convenietia ac bonitate haud immerito abnuimus; ac, quod de Duræo celebri pacificatore inter nos ac Reformatos Johannes Lætus pronuntiat, in cunctos quadrare videtur, in caſſum hactenus conciliare tentaſſe.

olog. Papiſt. diſput. 2. & 3. & contra Vlricum Hunnium diſputat. 1. alioſque.

2. Petr. 1.19.

in Auguſt. Confeſſ. ejuſque cõtra Crociũ & Pier. vindiciis.

ad relation. colloq. Caſſelan. pag. 3.

§. 27. Finem conſecutionis ſeu eventus ponderemus, reliquum eſt, quem dicimus (1.) Libertiniſmum, niſi forte hic ad τὸ τί ἦν εἶναι Remonſtrantiſmi magis referendus ſit, prout dicit Doct. Calovius. Epiſcopius quidem lib. 4. inſtit. Theol. ſect. 1. cap. 12. & 13. Libertiniſmi ſuſpicionem â ſe removere contendit, eum, ut videri vult, refellendo, verum ex vaga illa ac univerſali tolerantia omnium inter Chriſtianos ſectarum, nihil aliud ſequitur quam Libertiniſmus. In Epiſtolæ Wal. reſponſione

Conſid. Armin. pag. 39 & pag. 538. ubi prolixe de hac licentia eorum diſſert.

(qua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

(qua in magis veritatis ſpecimen eluxit, quam in reliquis Doctorum eorum ſcriptis,) affirmant quidem *prophetandi libertatem iis limitibus circumſcriptam velle, ut à temeraria, quidvis in Eccleſia DEI effutiendi innovandique libidine ac licentia quam longiſſimè diſtet.* Aſt ut nulla fere nitatur certitudine eorum Theologia, ſic Apologiæ eorum autores his ſuſque deque habitis *libertatem hæreticis dandam putant, qui ea, quæ controverſa ſunt, aut controverti poſſunt, in dubium vocant.* Quo referenda videntur; quæ habet Curcellæus in præfatione Operum Epiſcopii ex Prævoſtii concionibus. Aſt hanc libertatem Libertiniſmum plenis velis introducere quis negabit? Scripturæ repugnare ſuperius diximus, antiquos Eccleſiæ Doctores minus hac in re imitantur: præclarè quippè Cyprianus mox initio Epiſtolar. ad Cornelium Romanum, qui hæreticos illic Romæ tolerabat. *Declinent fortiter & evitent fratres noſtri* (in Eccleſia Romana,) *verba & colloquia eorum, qorum ſermo ut cancer ſerpit. Nulla cum talibus commercia, nulla convivia, nulla colloquia miſceantur, ſintque ab eis tam ſeparati, quam ſunt illi ab Eccleſia profugi.*

Fol. 276. 284. & vindic. p. 130. Vid. Ryſſenii impurā Theol. Remonſtrant. cap. 12.

Aſt Remonſtrantes longè aliter affecti, non tantum univerſalem tolerantiam, ut remedium ſanandi vulnera Chriſtianiſmi deſiderantes, verum omnes reliquas Eccleſias, etiamſi in variis articulis doctrinæ perperam ſentiant, ut morbidas tolerandas putant, ita ut propterea fraternitatis vinculum non rumpatur, aut ab iis ſeceſſio fiat, tanquam cum quibus communione habere non liceat, ſicque, ut habet Bartholomæus Prævoſtius Remonſtrantium Amſtelodamenſium concionator, pro fratribus in Chriſto agnoſcunt, *qui illis ſolis tanquam neceſſariis adhærent dogmatibus, quæ ab omnibus Chriſtianis ſemper & ubique pro veris ſunt agnita, ac à tyrannide in conſcientia, idololatria ac profanis moribus puros ſe conſervunt.*

Vid. Hülſem. de jure & moderatione correptionis frater. §. 10. Epiſcop. diſput. p. 415. & Theolog. Remonſtr. pag. 96. in concion. ſup. Pſ. 122.

Quis hic, niſi planè cæcutiēs nō deprehēdit, vel profligatos anathemateque percuſſos ab Eccleſia hæreticos, ut Photinianos, Arianos ſimiliſque farinæ pro fratribus in Chriſto ab Arminianis agnoſci, quos, ut ut à ſe diſſentientes, neque fugiunt aut fugant, ſi modo piè in Chriſto, & pacifice cum ipſis velint vivere, neque referre putant in quocunque dogmate ſit diſſenſio, quid hoc aliud quam Libertiniſmum introducere? quem ita deſcribit Excell. D. Dannhavv. Die freyſtellung der Religion / einen jeden nach ſeinen

Vid. Voetii diſputat. de neceſſit. & utilit. dignit. de SS. Trinitat. p. 499.

In Reform.

Faden.

Fadenrecht glauben zu laſſen was er will. Cauſa hujus ab Arminianis introducti Libertiniſmi eſt, Scepticiſmus in ſacris, quum minus certi ſint verâne doctrina Chriſtiana inſtructi ſint, an ſecus, cũ ut dicunt, fieri poſſit ut ab ipſis eorumque confeſſionibus diſſentientes ſanius ſentiant, ut idem Prævoſtius dicit, ac propterea illa ἐποχή, velint nolint, Libertiniſmi ſe reos agunt. Salve und Friedēgruß pag. 642. cit. lib.

§. 28. Neque meliorem finem ſortitur Henrici Nicolai ipſiuſque diſcipulorum ἐποχή, in fundamento quippè Chriſtianos convenire arbitratur, quo nomine ipſi veniunt non tantũ Calviniani, Pontificii, ſed & Ariani, Photiniani, Pelagiani, inter quos conciliatio inſtitui poſſit, ut totum ſervetur, etſi non in omnibus totius partibus. Ac quum ſibi in iis, quæ nobis cum prædictis Photinianis novis, aliiſque exortis controverſiis haud liquet, non conſtat, imo cæleſti potius Academiæ reſervandas putat, neque eos damnare vult cum Arminianis ejuſdem Libertiniſmi reum ſe reddit. Sic Politici ſuſpenſione judicii in controverſiis Theologicis ac earum rejectione, quid aliud agunt, quã ſe Libertinis favere teſtentur, & quod quosvis hæreticos, ſi modo pacificè ſocietatem civilem colant, in utilitatem religionis tolerandos dicunt, neque diſcrepantes opiniones eorum circa quas plerumque ἐπέχουσι, obſtare, Libertinorum cauſam egregiè tuentur. Nec meliorem eventum Pontificiorum Scepticiſmus & ἐποχὴ habet, quæ maximè cernitur in recẽtioribus ad ſumã Thomæ commentatoribus, variis atque incertis Concilii Tridentini interpretationibus, quæ tandem nihil aliud, quam probabiles cõjecturæ inanesque contentiones ſunt, ſortitur. Oſtendit cum ceteris aliis hunc Syncretiſmum Pontificiorum cum Libertinis & Enthuſiaſtis Cloppenburgius peculiari diſput. quem benevolus Lector legere velit, ſimul conjungat, quæ leguntur apud Voetium, quomodo Libertiniſmi & Scepticiſmi Papatum accuſent diſput. ſelect. part. 1. pag. 192. (2.) Finis hujus Scepticiſmi ſacri eſt indifferentiſmus, Eclogiſmus, apoſtaſia. Etenim quum ephecticus in ſacris incertus eſt, indifferens ſibi eſt, neque certæ opinioni adſtipulatur; Benè autem obſervatum legimus â Doct. Dannhavv. indifferentiſmum hunc duplici modo intelligi poſſe (1.) *negativè, quando quis ſubterfugit religionis controverſias, neque iu deciden-*

Iren. n. 5. Vid. Poſitiones Ever. Miniſterii Gidanenſis adverſus opinationes Hinrici Nicolai.

Reformirts Salve pag. 638.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

decidendis ſe tradit, ſicque eſſe Gallioniſmum (2.) poſitivè, quando quis pro ratione temporis, fortunarumque incremento ac alijs commodis, quamlibet religionem, præprimis celebres in Europa amplecti minus veretur. Quo autem modo conſideretur, in eum ruunt Sceptici ſacri non ſolum rejiciẽtes Polemoſophiam ſacram quod cumprimis â Gallionis fratribus, quorum adhuc multitudine mundus haud deſtituitur, fieri conſuevit, verum etiam ob ἐπέχειν, quam in ſatis controverſiis amplectuntur, nulli ſectæ, ut vocant, nomen dare conſueverunt, ac ſic quamlibet pro indifferente habent, ad Eclogiſmum ut plurimum ſe conferentes, qui eſt des Libertiniſmi (ſic loquitur ſæpè citatus Ampliſſ. D. Dannhavv.) Zucht und Nachgeburt die quinta eſſentia der Außſchuß und außgeklaubte Kern auß allen Religionen erwehlt / welchen man im Hertzen glaubt / und sich zu keiner gewiſſen / ſich erbahren als Schiſmatiſchen gemeine einig allein und von Hertzen halte / prout conſulunt etiam Caſſander & Marcus Antonius de dominis. Verum neceſſe eſt tertiam aut meliorem â reliquis Chriſtianis opinionem foveant, aut omnes ſententias eorum, qui diſſident, æquiparant, nullique adhærent, ſin prius eam nobis ediſſerant, cum haud conceſſum ſit Pyrrhoniorum more dubitare, ac incertam quandam fidem profiteri, neque in religionis diſſidio neutraliſtam agere licet, ſin poſterius religionis confuſum chaos, Synchyſis, ſatura ac Syrupus religionum erit, imo vix aberit niſi perverſiſſima de toto cultu divino opinio, aut omnis religionis abjectio & Atheiſmus, quem promovet apoſtaſia, quæ plerumque oriri conſuevit ex illa ἐποχῇ. Qui enim animo dubius hæret παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας movetur, quod minus ignorant Arminiani, ac propterea dicunt, qui ab uno cætu ad alium tranſeunt, eo ipſo â ſpe ſalutis abire, aut alios, â quibus diſcedunt excludere, videri non debere in Apolog. fol. 10 Epiſcop diſp. pag. 425. & Theol. Remonſtrant. pag. 96. At ſic homo in quavis religione ſalvabitur, egregius Scepticiſmi finis. Hic verè uſurpatur illud, omnis religio nulla religio. Puccius hoc modo egregiè defenditur, Satanico prorſus conſilio & ſcripto omnium religionum confuſionem & Epicureiſmum introducens, ac cui quis adhæreat religioni, parum ſaluti obeſſe arbitrans. Contra quem Lucas Oſiander tractatum egregium edidit, quo

In officio pii viri lib. 7. de Repub. Chriſt. cap. 12.

dit, quo in liber Puccii accuſatur, quod ſit Alcorani Turcici compendium, Epicureiſmi fundamentum. Quam opinionem meritò omnis Atheiſmi barathrum pronũtiat Stapletonus in orat. an Po lit. &c. Quouſque nunc Remonſtrantium προχὴ progrediatur, ac in quod deſinat, liquidum arbitror, ut proinde, quilibet fidei ſuæ πληροφορία ex S. litteris innitens ſibi caveat ab Arminianiſmo hodierno fluctuante, ac quid credat, vix ſciente. Tantum præſtat Scepſis illa nefanda quorundam in ſacris, ut ultimus finis tandem ſit ἀθεΐα quam (3.) Scepſi imputamus ob antecedentia mala, quorum eſt filius primogenitus nunc eheu! caput exſerens longè lateque.

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Nullius Numinis cultus, cujus cauſam dicimus, quam nonnulli rerum divinitus revelatarum introducunt, incertitudinem per impia diſputationum diſſidia, ita ut totam penè Chriſtianam religionem in Pyrrhoniſmum convertere auſi fuerint. Quum enim quam plurimi imprimis, qui mediis hermeneuticis ad verum ac genuinum Scripturæ ſenſum inveſtigandum deſtituũtur, vera religione Numen colere deſperant, quod ipſi graviſſimi, ac ut videri volunt, acutiſſimi viri hæc incerta affirment, Scepticiſque ſubjiciant diſſertationibus, facilis pro lapſus eſt in ejuſmodi opinionem, ab omni cultu potius ceſſãdũ eſſe, idque citra noxam, quod DEUS nullum niſi certum, âc â ſe præſcriptum cultum gratum habeat, illius autem cultus fundamenta ipſa in controverſiam â doctis trahi, âc â neceſſitate credendorum excludi. Quum ergo tot circumſtet malis hic in Sacris Scepticiſmus, eum profligandum ac ad primum autorem infernalem hoſtem relegandum putamus, odio proſequitur ipſe ὁ μάρτυς ὁ πιςὸς ϗ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τȣ̃ Θεȣ̃, ȣ̈τε ψυχρὸς ȣ̈τε ζεςὸς, odit antiquitas veneranda ac cuncti fideles ἀντεχȣ́μενοι τȣ̃ κατὰ τὴν διδαχὴν πιςȣ̃ λόγȣ. Quidni ergo & nos non damnemus, quum ſit fidei noſtræ πληροφορίας everſio, S. Scripturæ corruptio, & in hæreticorum gratiam â fluctuantibus nonnullis introductus, Eccleſiæ Chriſti in cætum non certè credentem, ſed dubitan- Apoc. Iohi. c.3.11. & 15. Tit. 4.9

item permutans, ac cujus finis omnis religionis tanquam certæ ac indubitatæ abjectio, indeque propullulans omnium vitiorum centrum Atheiſmus, de quo in ſequenti diſſertatione plura.

Ad pag. 10.

Epiſcop. in Libertinorum numerum refert Henr. Nicolai. Quamvis opinemur Epiſcopium minus loqui de Dantiſcano illo Philoſophiæ Profeſſore, de quo Doct. Calovio ſermo eſt, verum illum potius denotare, qui familiam charitatis inſtituit, ac poſt Davidem Georgium paradoxa ſua diſſeminavit, cujus vitæ ac dogmatum deſcriptionem reperimus apud Doct. Hornbeck ſumma controverſiar. lib. 6. de Enthuſiaſtis & Libertinis, quo in numero hunc Henricum Nicolai extitiſſe commemorat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

IN NOMINE JESU.

DISSERTATIO
DE
ATHEISMO.

§. I.

QUum nunc Atheiſmi conſiderationem auſpicemur, quę pro pullulare diximus ex Scepticiſmo, conf. Altingium in ſui problem. problem. 2. pag 17. antequam per cauſarum genera ejus diſquiſitio inſtituatur, nonnulla præfanda ſunt de diverſa vocabuli apud Autores, non tantum profanos verum Eccleſiaſticos & θεοπνεύςυς occurrentis notione. Ac ut de poſterioribus initiũ fiat, Apoſtolus Paulus Epheſios ante converſionem & per Chriſtum ad verum Deum reſtitutionem ἀθέυς commemorat epiſtolæ ad eos ſcriptæ cap. 2. verſ. 12. non quidem eo ſenſu, ac ſi deſtituti fuiſſent omni Numine aut idolo, quum ſatis conſtet, quam impensè Dianam coluerint vid. Act. 19. v. 23. & ſeq. quin potius idololatriæ gentili πολυθείᾳ conſtanti erant immerſi, ſed potius, quod veri Dei notitia caruerint, ideo quippè dicuntur athei, gentilium enim Dii Deæque non ſunt natura Dii aut verè Dii, ut eos colens abſque Dei notitia exiſtere meritò dicendus ſit. Ac plerumque fieri contingit, quod & hic Epheſiis factum, ut non ſolum activè ſint ignorantes atque negligentes verum Deum, ſed etiam paſſivè à Deo neglecti, cauſam refert idem Apoſtolus ad Rom 1. 19. contemptum nempè τῦ γνωςῦ τῦ Θεῦ ἐν ἀυτοῖς φανερῦ. Atheiſmi accuſantur Epheſii quia erant χωρὶς χειςῦ, idque rectè ſecundum pronuntiatam Chriſti ſententiam, *qui non cognoſcit ac honorat Filium, is neque honorat patrem*, atq; ſic à vera veri Dei cognitione alienus eſt, quo modo omnibus hoc vocabulum competit, qui filium ut Deo pa-

conf. Rom. 1. 24.

Ioh. 5. 23.

tri æqualem gloria & majeſtate æquali eodemque cultu remota
conf. Pſ. 10. dignitatis prærogativa, non venerantur. Quamvis autem Scri-
v. 6. 11. 13. ptura ſacra Atheiſmi & Atheorum ſæpius mentionem faciat ῥητῶς
Malach. 3. tamen vocabulum hoc in loco ſaltê occurrit, & ut alii exprimunt
Iob. 21.
1. Theſſ. 4. 5. Atheiſmi non directi qui in totali Numinis alicujus privatione
conſiſtit, verum quem appellant indirecti, Epheſios accuſari ob
carentiam ſeu defectum veri per Chriſtum revelati cultus divini.
Nullatenus ergo audiendos putamus, qui hujus vocabuli ſignifi-
cationem ulterius haud extendendam arbitrantur, quam natura-
lis conceptus præ ſe fert, quod quidem de directo Atheiſmo con-
cedimus, de indirecto autem negamus, quum hic præeuntem ſa
crum codicem habeamus.

§. 2. Quod nunc Eccleſiaſticos ſcriptores attinet, eos
diſpeſcimus in Veteres & Recentiores, qui paſſim in ſuis ſcriptis
lib 2. c. 58. hæreticos eo nomine appellatunt ob ἄθεα καὶ βλάσφημα dogma-
lib. 5. c. 4. ta, imo exiſtere Gnoſticos ἀθέυς καὶ ἀσεβεῖς Irenæus dicit, Marcio-
nitæ, Valentiniani, Ariani Athanaſio ſunt ἄθεοι, Gentiles item
de Græc. af- apud Sozomenum & Theodoretũ & Clementem Alexandrinum.
fect. curat. recentiores hos ſequuntur, prout apud Gisbertum Voetium par-
ſerm. 3. te prima diſput. de Atheiſmo liquidum eſt, proinde minus ſolli-
in prot. rep. citi erimus in hoc probando ea tamen intermittenda non ſunt,
pag. 11. quæ inſtituto noſtro inſervire poſſunt, nempè num Sociniani
eo nomine indirectè accepto inſigniri queant, a num præter
nos alii quoque hoc nomine venerint, utrumque paucis pro-
babimus.

§. 3. Quamvis autem non Deum modo venerentur, ſed
& ſacram Scripturam ſalutis viam ex ea percipiendi amplectan-
tur, etſi mutilatè, tamen quia Chriſtianiſmi fundamenta, articu-
loſque, qui myſteria reſpiciunt, negent aut in dubium vocent, eò
quod corruptæ rationis dictamini adverſentur, ſatis conſtat tan-
dem *in* πανσχεθείαν *orthodoxa fid*[illegible] *rgere, ac religionis quam pretio-
ſo ſuo ſanguine aſperſit æternus æter*[illegible] *Dei filius totque neces martyrum &
lantena illuſtrem reddidere* ut Barlæus loquitur, aut ſi quis alius ejus
nomine in vind. cont. Vedelium. Etenim ſublatis iis articulis,
qui Chriſtianum cœtum à quovis alio diſcernunt, neque quic-
quam admittendo (nonnullis quidem aliter loquentibus) quod
cogni-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

cognitionis humanæ ſphæram excedit, Mahumediſmus ac Gentiliſmus introducuntur, atq; ſic cum Apoſtolo & veteribus Eccleſiæ Doctorib. merito hoc nomine eos inſignimus. Antiquos Chriſtiani cætus Antiſtites, ut & recentiores idem feciſſe, plurimi teſtantur, paucos adducemus qui Socinianorum parentibus, quos ex nomine notare haud ſunt veriti, atque extra Chriſtianum cætum de trudendos judicarunt. Magnus ille orthodoxias propugnator Athanaſius oratione ſecunda contra Arrianos perhibet *eos plus nimio errare, qui Arrianos Chriſtianorum titulo inſignirent, ut qui declarent, ſe neque ſcripturas legiſſe, neque cognitum ullo modo habere, quid ſit Chriſtianiſmus aut quæ ejus fides*, cætera ibi legat benev. Lector Epiphanio Ebion eſt πολύμορφον τεράστιον, qui ſuis veneноſis dogmatibus εὐαγγελιογραφία Johanniticæ occaſionem præbuit: Synodus Arelatenſis prima & ſecunda Pauliniſtas & Arrianos rebaptizandos eſſe voluit, prout legitur apud Centur Magdebur 4. cent. quart. Eodem modo Sozomenus lib. 13. cap. 15. perhibet Aëtium, quod multa leviter ac temerè de Deo diſputaverit, ἄθεον appellatum. Quod ſi ejuſmodi hæreticis antiquis circa perſonâm Chriſti, alioſque articulos fidei conſtitutionem ingredientes, Chriſtianum denegatum eſt nomen ac in Atheorum catalogo numerum impleverint, quid vi majori jure nunc eheu! cum maximo Chriſtianiſmi detrimento quidem ejuſdem farinæ hæreticis emergentibus illud nomen utut abominandum impingamus, quum Arrianis multo deteriores non divinam tantum generationem impugnent, verum ejus etiam ſatisfactionem, animæ immortalitatem, pluresq; alios fundamentales fidei articulos, imò totam Chriſtianam religionem funditus evertendam in animum inducunt, ejuſque loco Socinianam heu! quantum ab ea diſtantem introducere conantur.

pag. m. 122.

hæreſ. 51.

pag. 399.

§. 4. Verum neq; à Recentiorum Theologorum ſuffragiis noſtra ſentẽtia eſt aliena; graviter enim juxta ac verè (ut nonnullorum ſaltem mentionem faciamus, quum omnes adducere diſſertationis brevitas non permittat) B. Meiſnerus Ανθρωπολογ. diſput. 27. §. 7. *Quare hæreſin iſtam verè peſtilentem & ultimum Satanæ conatum eſſe concludo, hoc enim mihi perſuaſiſſimum eſt aut photinianiſmum cum ſuis gloſſis deſerendum eſſe, aut brevi ad Atheiſmum deflectetur.*

tur. Et ipſe Philippus Melanchton epiſt. ad Brentium: *ſi qui ſunt, qui de Trinitate aut aliis articulis à nobis diſſentiunt, cum iis nullum mihi fœdus erit & exſecrandos judico.* Huic D. Thummius adſtipulatur, eos communi Chriſtianorum nomine non appellandos eſſe cenſens, *hoc poſtulato enim peſtilentiſſimam invehi* ἀθεότητα *veritatiſque & religionis negligentiam*, quin potius ipſis πολυθεότητα Ethnicam Gentiliumque nomen tribuit, imitatus Athanaſium ex oratione 3. & 4. cont. Arrian. Eodem modo Himmelius, quum non rectè credant ac ſincerè confiteantur, quod tamen Chriſtianis incumbit Rom. 4. 10. 9. ex Chriſtianorum cætu excludit Colleg. Antiphotin. Neque quicquam hic regeri poteſt à Socinianis, quum ipſis dulciſſimum Chriſtianorum nomen denegamus, quippè Socino illud adverſario ſuo Franciſco Davidi cont. Jeſuitã Wuieck haud attribuente, quod Chriſto invocationis cultum detrahat, hæreticum pronuntiat, imo plus quam hæreticum: quod ſi alias cum Socino colludens, adverſarius ob hoc unicum dogma Chriſtiano nomine indignus cenſetur, quidni fundamentum adorationis nempè divinam naturam, alioſque arctè inde dependentes fidei articulos ad ſalutem creditu neceſſarios neganti ac blaſphemiis onerantem Chriſtianorum cœtu excludamus, quum tamen Sociniani ſalvis ſuis hypotheſibus idololatriam potius committant, in invocando Chriſto, quam honorem deferant. Adjungimus hiſce D. Doct. Horneium, qui pluribus hoc oſtendit diſput. de SS. Trinit. ſect. 4. Reformatis Theologis, ut appellantur Chriſtiano nomine Socinianos non venire vel ex judicio Theologorum Acad. Lugdun. Batav. D Junii Trelcatii Senioris & Gomari ad poſtulatũ præpotent. Ord. General 1598. lato de Fauſto Socino conſpicitur, quo in Semi-Turcam appellant. Voetius diſput de Atheiſmo pag. 194. 189. Beza in epiſt. 16. & alii in Atheorum numerum referunt Socinianos. Pontificii itidem, Gregorius de Valentia præfatione librorum de Trinitat. dicit miniſtros Atheiſmi in Tranſylvania, Polonia & Hungaria exiſtere, Socinianos indigitans, & Vorſtii βδελύγματα Sociniana Atheiſmos pronuntiat Becanus Sed hiſce recenſendis diutius haud immorabimur, rationibus quippè infra demonſtrabimus.

[Margin: Impietatis Photin. in prolegom. quæſt. 2. §. 1 — diſp. 1. t. 77. — cap. 2. — Theolog. Scholaſt. tom. 1. & alibi.]

§. 5. Profani Scriptores vocabulum hoc etiam uſurparunt

runt nonnunquam benè, quum eos, quibus hoc nomen obrejectionem omnis cultus divini aut dubitationẽ etiam alicujus Numinis ἀθεοὺς vocarunt, nonnunquam verò ſatis malè Chriſtianos eos traducendo, ac ſi eſſent ἄθεοι, de quo paſſim conqueruntur patres. Etenim inſanus & furioſus populus clamavit Chriſtianos eſſe atheos, ſicut Juſtinus citante Camerario Oper. horar. ſubciſ. centur. 1. queritur, nec non hoſtes communes & ſeditioſos, turbatores pacis & Reipublicæ, eoſque tanquam homines noxios & flagitioſos apud præſides deferebant. Eodem modo Gentiles alloquitur Arnobius: *quantumlibet nos impios irreligioſos vocetis aut atheos*: conf. etiam quæ eleganti ſuada habet ejus diſcipulus Lactantius in princ. lib. 5. Inſtitut divin. Julianum παραβάτην, ut eum Maris Chalcedonis Epiſcopus vocat, Chriſtianiſmum ἀθεότητα appellaſſe commemorat Sozom. lib. 5 cap. 15. ut itaque mirum haud videri debeat, ſi verè credentibus hoc noſtro ævo ejuſmodi nomina imponuntur, quibus, ut ex hiſtoriis ac patrum relictis monumentis cõſtat, non caruerunt etiam illi, quos citra omne dubium veros ac genuinos Chriſti diſcipulos fuiſſe notum eſt, quicquid autem illis reſponderint patres, hi mente maligna præditi homines reſponſi loco ſibi habeant.

§. 6. Uſum vocis nonnihil indicatum excipit abuſus qui comprimis reperitur apud Pontificios & inter eos Eſavitas. oſtendit hoc Voëtius cit. loc. pag. 190, quæ exſcribere hic minus placet. Leſſii ſaltem (celebris alias ac ut prædicatur à Galtruvio Jeſuita ſecundum judicium Sixti 5. Pauli 5. & Urbani 8. profundæ eruditionis & Sanctitatis) verba referam, *eos* ait, *qui ab Eccleſia Romana receſſerunt, arundinis inſtar fluctuare ac tandem in merum Atheiſmum deſinere, ac alibi, omnes hujus ævi hæreſes, ferè ad Atheiſmum ducere.* Qua in re merito deſideramus prædicatam tum eruditionem Leſſii eximiam, tum charitatem ac conſcientiam quippè dubio procul vel ab ipſo Caſſandro melius edoctus cu riam Romanam, clerumque irreformabilem reformationi exortæ occaſionem præbuiſſe, ac, conſequentia neceſſaria, ſecundum Leſſium, inde dependenti Atheiſmo: uter ergo Atheiſmum promovit aut introduxit? Neque ſolum facilem prolapſum ad hoc abominandum peccatum nobis attribuunt, qui navi Chriſti

in dedicat. libr. de immort animæ & provid.

Et in dedicat. conſultationis de fide Romana capeſſenda.

non ſumus allegati, ut ibidem Leſſius loquitur, quin nonnulli eorum omni amore veri ſepoſito, nihil aliud quam Atheiſmum, aut ut loqui amant in ſcholis, formalem nobis impingere minus ambigunt. Verum ſi illis hoc nomine digni videntur, qui relictis humanarum traditionum figmentis, revelato Dei verbo ac doctrinæ cæleſti tot ſeculis ab Eccleſiæ Doctoribus contra quoſvis irruentes hoſtes defenſæ ac expiicatæ inhærent, haud inviti eo nomine inſigniri patimur, certo perſuaſi hoc modo non ἀθέυς, ſed veros veri Dei cultores exiſtere. Meliori jure ipſis hoc nomen nonnullis quidem directè acceptum, plurimis verò indirectè, Romano Pontifici cum primis Cardinalibus & Jeſuitis competere brevibus indicaturi ſumus.

§. 7. Epiſcopi Romani per aliquot ſecula ſatis ſuperq; prodiderunt, ipſos eſſe ἀντικειμένυς Chriſto ſervatori ac veræ pietati. Fabula enim Chriſti Leoni X. fuit, conſtituunt ſe vero Deo oppoſitos Deos in Eccleſia, arrogãdo ſibi ea, quæ Dei ſunt in conſtituendis novis Sacramentis, ac novo doctrinæ genere in Eccleſiam introducendo, ita ut ipſorum à vero cultu divino defectus, quum teſte Paulo ſit ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας καὶ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, merito Atheiſmi nomine definire poſſit, quod comprobant nonnullorum elogia, quibus Pontificem Romanum ὅτι πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα efferunt & extulerunt, quod nempè contra Epiſtolas D. Pauli poſſit ſtatuere ſecundum Carolum Ruinum, quia enim ipſe docet fide nos juſtificari in oppoſitione ad opera legalia hic opera ſimul juſtificationis actum ingredi decerneret. Felinus, citante D. Pappo papam Deum appellavit, plures ejuſmodi abominandas locutiones ſuppeditabunt D. Pappus citat. loc. & Wolfius de Paparum poteſtate in cælo, inferno & Terris Tom. 1. Lectio: memorab. cent. 15. p. 590. quorum erroneas opiniones ne quid gravius dicamus tantum abeſt ut recentiores Pontificii ſcriptores rejiciant, ut potius calculo ſuo approbent atque in majus extollant. Jeſuitæ enim ab ejuſmodi elogiis in ipſorum libris haud abſtinent. Santarellus quippe in lib. de hæreſ. ac Schiſm. apoſtaſia, cum approbatione aliorum Jeſuitarum edito Romæ dicit *Papa & Chriſti eſſe unum tribunal.* Bellarmino, quem Doctorem communem venditant, ſimile quid excidit lib. 4. de Pontif. Rom.

Si Pa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Si Papa inquiens erraret præcipiendo vitia vel prohibendo virtutes teneretur credere Eccleſia vitia eſſe bona & virtutes malas, niſi velit contra conſcientiam peccare. Eadem fermè Suvarez inculcat in 3. com. 1. q. 2. artic. 2. diſp. 42. ſect. 1. Gretſerus aliiq; quos in deſperata cauſa Papatus Voetii, lib. 3. ſect. 1. cap. 11. & 12. benevolus lector inveniet citatos. His Caſſandri in officii pii viri verba opponimus, ſunt, inquit, *qui Pontificem Romanum, quem Papam dicimus, tantum non Deum faciunt ejuſque authoritatem non modo ſuper totam Eccleſiam, ſed ſupra ipſam ſcripturam divinam efferunt, & ſententiam ejus divinis oraculis parem, imo infallibilem fidei regulam conſtituunt. Hos non video cur non Pſeudo Catholicos & papiſtas appellare poſſis, imo indirectè* Atheos, etenim ejuſmodi tribuentes Papæ, quæ Deo conveniunt ſtrenuè ἀθεΐζουσι. Cum Caſſandro Gerſon Pariſienſis Eccleſiæ quondam Cancellarius jungendus. ſerm. de ſignis ruinæ Eccleſiæ & in conſiderationibus de pace conſ. ut nihil dicamus de apertè Atheis, quorum catalogum vide apud Pleſſæum lib. de myſterio iniquitatis, Voetium cit. loc. Zegedini ſpeculum Pontif. Paulus 3. dicitur vitam æternam negaſſe, cujus hiſtoriam infra narrabimus. Capite autem hoc modo conſtituto, membra eadem erunt ac Cardinalium vitam Epicuræam atq; Sodomiticam in aperto ſatis arbitror, exempla ſint Politianus de quo Pleſſæus lib. de verif. Relig. Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileienſis ac plurimi Philoſophorum in Italia animæ ἀφθαρσίαν impugnantium, confer Voet. dict. loc. pag. 121. 193. ac in Biblioth. part. 4. de Atheiſm. Jeſuitas ab atheiſmo, ut immunes proclamemus, obſtant, quæ perversè tradunt de vera fide, dubitando, corrumpendo, adeo ut per ipſos *nova fermè religio valdè recens à Pontifice Romano creata ac orbi Chriſtiano obtruſa ſit* dicente Magno noſtro Chemnitio in Jeſuitar. doctrina conf. Boquini aſſertiones veri Chriſtianiſmi adverſus fictum Jeſuitiſmum & Bidembachii conſenſ. Jeſuitæ & Chriſtianorum, obſtant etiam, quæ in Theologia morali & caſuiſtica planè impia ac abominanda docent conf. prioris noſtræ diſſert. pag. 16. adeo ut ipſos pontificios offenderit politices artes Theologiæ immiſcentes, quod conſpicitur in ſynodo Pariſiis 1612. Præſide Cardinali Perronio habita, qua in libro Bellarmini de Eccleſiæ poteſtate damnatus eſt; ulterius autem ne ſæviretur in li-

brum fecit purpura Cardinalitia, refutatus etiam publicè à Doctore Sorbonico Andrea Duvalio, Gravius quid ſtatuit ea ipſa ſynodus in libros Schioppii & Suarezii de licentia hæreticum Regem interficiendi, flammis enim tradendos curarunt; quod fatum Becani liber de controverſia Anglicana expertus fuiſſet, ni Romanus Pontifex præveniſſet condemnando eum: Jeſuitæ Marianæ ſcripta plurima eadem cenſura Romæ notata ſunt, ſicut & nonnullos alios ejuſmodi moralis Theologiæ libros indici librorum prohibitorum inſeruerint, ut Banni 1640. & aliorum, quorum decretum Coloniæ poſtea editum aut recuſum fuit. Reliquos eorum perverſos in gregis Chriſtiani detrimentum conatus videre licet in myſteriis horum patrum eorum catechiſmo & aliis, qui ex profeſſo ea aperuerunt. Sixtum 5. dicunt eorum laſciviam comprimere voluiſſe, decreverat enim, ſi ulterius vita conceſſa fuiſſet eos ad normam monaſticæ religionis adigere aut penitus abolere, quod utinam factum!

§. 8. Antequam autem ulterius ad cauſarum diſquiſitionem progrediamur, benevolum Lectorem admonitum velimus nos conſulto reliquas vocabuli athei acceptiones præteriiſſe, ne actum agamus, quum Voëtius ſæpè citato loco eas collegerit, haud quidem diffitemur obliqui illius Atheiſmi accuſari poſſe Libertinos, Enthuſiaſtas, Neutrales, Politicos-Machiavelliſtas, qui omnem religionem ad politices artes referunt, ac quatenus ſocietati & Reipublicæ utilis videatur religio, eatenus ſaltem æſtimant, pro re conficta ipſis religio eſt, ad populum metu alicujus Nominis & cultus ejus in officio continendum, quamvis autem hi Numinis alicujus cognitionem præ ſe ferre contendant, fumos tamen vendunt ac in corde Deum negant atque ſic directis Atheis annumerandi ſunt. Accuſari etiam merito poſſunt, quos in Gallia Deiſtas vocant, qui Numine conceſſo, ejus providentiam atque juſtitiam inficiantur, gallico idiomata appellant, ſe Degrues, item Eſprits farts, eo denotant ſe non eſſe grues, hoc eſt, non facilè falli, hoc vero fortem ſpiritum, id eſt confirmatos eſſe ad nihil amplius credendum, ut Voëtius refert. Cumprimis hic tamen obſervandum arbitramur, ne nimis ſimus liberales in hiſce vocabulis, quæ horrorem legenti incutiunt, ac

quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

quæ merito deteſtatur, uſurpandis, neque cuiquam attribuamus per malè factam conſequentiam, aut etiam leviculam ob cauſam, quod à quibuſdā hodierno tempore fieri conſuevit. Exemplo ſint Twiſſus, ſecundum relationem Maccovii, qui Atheiſmum deducit ex eorum ſententia, qui neceſſitatem divinæ juſtitiæ vindicativæ adſtruunt. Et Remonſtrantes orthodoxam noſtram de immenſitate Dei eo nomine diffamantes. Cenſurâ Exam. cap. 2. p. 42. & 43. enim dicunt periculosè eſſentialem hanc præſentiam divinam, quam atomicam & utopicam nominant, credi, & facilem inde prolapſum ad atheiſmum eſſe, quam benè, hoc loco haud diſquirendum eſt. Ejuſmodi plura inveniuntur, neque noſtrum eſt recenſere pluribus, ſatius interim arbitramur commodioribus uti vocabulis ad falſam ſententiam, ſi revera falſa eſt. quod de ſupra poſitis dici non poteſt, demonſtrandam.

Locor. Comm. ab Arnoldo editor. p. 172.

§. 9. Cauſarum conſiderationem nunc inſtituentes ſicco pede præterimus, quæ de cauſis promoventibus à Voetio dicto loc. allata ſunt, tum etiam à nobis in priori diſſert. Ea quippè hic locum inveniunt, ſaltem hic inſerenda ſunt, quæ ſcopo noſtro inſervire poſſunt, ac à nominato Voetio haud ita explicata. De cauſis principalibus non eſt dubium, Diabolum & voluntatem noſtram in tenebris circa divina immerſam eſſe. Sicut enim fraude Diaboli exordio mundi (præſertim poſt diluvium) genus humanum ex cultu unius Dei in πολυθεΐαν ſenſim eſt deductum: ita ſub finem in alterum extremum, ejuſdem magiſtri opera, nempè in ἀθεΐαν flectetur. Et ſanè quum ſatis animadvertat ille humani generis hoſtis, ſplendente longè lateq; veritatis Evangelicæ luce, vix poſſe fieri Deorum gentilium cultum ut reſtituat, in id maximè incumbit, quo ab omni veneratione Numinis divini homines abſtrahat atque avertat. Proinde variis utitur inſtrumentis ad finem ſibi optatum perveniendi, varios modos adhibet quibus in iſtum barathrum homines præcipitet, præprimis nonnulli ob res adverſas in hoc Atheiſmi barathrum abripiuntur. Etenim quum innocentes ſe arbitrentur, & tamen infortunio ærumniſque oppreſſi quaſi jaceant in ejuſmodi cogitationes delabuntur, ac ſi Deus non eſſet, aut ſi exiſteret eorum curam minus gereret; Alii vero in rebus ſecundis Dei providentiam etiam

Leſſius de provid. Num. divini præfat.

vellicare incipiunt perpetuum naturæ curſum arbitrantes, neque ullum judicem pertimeſcendum, quieſcente eorum conſcientia. Inter alias autem hujus eheu! nunc latè ſe diffundentis atheiſmi cauſas promoventes haud poſtremam dico ex cineribus iterum ſuſcitatum & quidem plura quam prior corripientē fidei capita, Photinianiſmum, ea quippè tradunt atque docent, quibus formalis Atheiſmus nititur, ſuumque robur nanciſcitur, ut de animæ immortalitate, perpetua dormitione impiorum, neque ad judicium, reſurrectionem, aliaque plura infra prolixius exhibenda. Quod olim animadvertit Wigandus, quē citat cum approbatione Proteolus de hæreſibus in voce Athei. Voetius ſæpè citat. diſp. & in antid. General. ad uſus Socin. p. 437. Et ſanè exempla hoc comprobarunt Neuſerus enim atque Pafradus ad Anti-Trinitarios transfugæ, ille in Mahumediſmum, hic verò in Judaiſmum delapſi ſunt, oſtendentes quantum hæ ſectæ inter ſe diſtent, ac qui per ejuſmodi diverſas vagantur ſectas à Chriſtiana religione omnino diſtantes, an non facillimo negotio de omni cultu divino ambigunt, Deique cognitionem quantum in ſe eſt removent, quod Photinianiſmo acceptum ferendum, utpotè hujus incertitudinis, ac dubitationis unicæ cauſæ! Ita ut merito illud Oſiandri de Neuſero vel potius Neuſerus de ſeipſo hic uſurpamus, qui vult vitare Mahumetiſmum, Gentiliſmum, imo Atheiſmum ſeu directum ſeu indirectum, vitet ac caveat ſibi à (Calviniſmo) Socinianiſmo, quum *impudenter atque audacter ita quidvis negant, ut ſuſque deq; habeant, an ſua negatione aut exceptione Atheiſtis, Iudæis, Mahumetiſtis, Gentilibus, omnibusq; Scripturarum & Chriſtianiſmi adverſariis latam portam aperiant, imo & propriis placitis contradicant, modo adverſario ſuo in præſenti diſceptatione obicem ponant*, ut Voetius in antid. General. obſervavit.

§. 10. Jeſuitarum ſectam hodiernam & omnes, qui ea methodo utuntur contra adverſarios, haud parum ad Atheiſmum conferre dicimus, nempè indirectum ex quo deinde facilè ad directum ſeu craſſum Atheiſmum deſcenditur. Egit quidem de ea methodo Voetius cum in diſput. ſæpe allegata, tum etiam in diſputat. de jud. hum. in rebus fidei: pag. 7. & in deſper. cauſ. Papatus lib. 2. ſect. 2. cap. 25. ac pericula inde pro ventura ſatis ob

pag. 153.

oculos

oculos Pontificiis poſuerunt, ut & Vedelius in rationali Theologico, proinde iis omiſſis hoc ſaltem addimus nulli eorum prædictæ methodi Veronianæ inſiſtens victoriam reportaturum à Socinianis, imo plures hæreticos alios fruſtraque laboraſſe Gregorium de Valentia, & alios ex Pontificiis, Wuieck, Smiglecium Socinianis ſeſe opponentes, quippè qui remoto conſequentiarum uſu diſcurſu ac ratiocinatione poſt habita, nullatenus cõvinci poterunt, & quidem primario controverſiæ articulo SS. Trinitatis myſterio, quod eo modo, quo per tot ſecula traditum eſt in Ecclesia Dei conſenſu omnium Orthodoxorum Theologorum ſecundum prædictum novum εὕρημα non extat in Scriptura Sacra. Etenim methodus illa nudum & *ſolum verbum Dei ita requirit, ut nullus locus per alium illuſtretur, obſcurius per magis clarum nolunt, qui eam propugnandam in ſe ſuſceperunt conſequentias, repudiant argumentationes philoſophicas ſcriptura quoad ipſa verba ſententiã pronuntiet matrimoniũ ſc. non eſſe ſacramentũ*, quæ ſunt verba Ducis Vaudimontium ex colloquio Durlacenſi an. 1612. aut ut alii, volunt 1613. cum Marchione ejuſdem regionis inſtitutum, quo in autore Gontertio Jeſuita nova hæc methodus cæpit. Eadem inculcat atque crebro repetit Jeſuit. Veron. methodo ſua, quâ in vult, ut cunctæ, quæ inter nos & papatum intercedunt controverſiæ, ſignatè & expreſſis verbis Scripturæ decidantur conf. pag. 9. 13. & alios fratres Walenburgicos ſcriptis hinc inde ſatis notis, qui Gonterum ac Veronium hac in parte ſequuntur, ut ipſimet teſtantur Methodus Auguſtinianæ p. 16. Verum hac ratione plurima fidei capita ſub neceſſitatem medii ad conſequendam ſalutem neceſſaria, quæ non αὐτολεξεί, ſed tantum κατὰ διάνοιαν aut verbis æquipollentibus continentur ab obligatione atque credendi neceſſitate excluduntur, quo pacto Chriſtianæ religioni detrimentum haud leve accideret, ita ut paulatim ad Atheiſmi barathrum hæc methodus abducat, prout etiam Vedelius citat. loco oſtendit, qui tamen in eo minus veri amans extitit, quum eandem nobis Lutheranis attribuit ſententiam, imò à quibus pontificii Doctores didicerint hanc rationem, qua veram & totam doctrinam Evangelii oppugnare, imo quantum in ipſis eſt evertere poſſint, quum tamen proteſtantibus ut vocat Theologos non minus illud verbi

divini

divini appellatione veniat quod totidem litteris & ſyllabis, ſed etiam quoad rem & per neceſſariam conſequentiam in libris Canonicis continentur, prout Vedelio ſatis ex Brentio colloquio Ratisbonenſi, item ex Saxonicorum neceſſaria defenſione deß Augapffels Gerhardo quin ipſo Luthero ob oculos ponit D. Doct.
cap. 2. p. 10. & ſeq. Johannes Muſæus eruditiſſimè, ut ſolet tract. de uſu principi ration in controverſ. Theolog. hujus Vedelii rationali potiſſimum oppoſito. Tandem attendere Jeſuitæ quoq; velint Socinianiſmum hoc modo ab ipſis, qui eum tamen abominantur, promoveri, quum ex hiſce nonnulli omnes conſequentias rejici aut Veronianæ atque Walenburgorum methodi inhærentes, quippè ipſorum opinionibus ac cauſis contra nos inſervienti, Smaltius
pag. 3. enim adverſus Grauerum de Spir. S. & cont. Scopperum de Trinit. Socinus item de Servat. cap. 26. lib. 2. jn Trinitatis myſterio omnes conſequentias & collectiones miſſas volunt, quos ſequi-
Inſtitut. c. 4. Et contra Tradel. pag. 205. tur Oſtorodus. Quamvis hi ſibimet ipſis contrarientur, ubi enim theſin tueri expreſſis Scripturæ verbis haud poſſunt, conſequentias admittunt atque urgent, Smalcius in reſp. ad nova monſt. pag 176. & alibi.

§ 12. Neque minorem occaſionem Atheiſmo indirecto & Atheiſtis præbent Pontificii, quum in articulorum fidei numerum ejuſmodi etiam referant, quos neque Scriptura ſac. neque ratio ſana admittit judicia illa de reliquis Sanctorum Mariam peccato originis expertam fuiſſe, papæ primatus & ſpiritualis poteſtas, (ſub cujus prætextu plurima politica peragunt) affingitur illis ſingularis virtus ac nonnunquam ſub anathematis pœna proponunt credenda, facilè autē fieri poterit ut quū illa rejiciant, ſimile judicium ut experiantur reliqui fidei articuli, quum prohibitis Bibliis ab ipſorum nutu ac ſtraminis doctriniis dependeāt Laici. Quænam Bellarmino religio ſit Chriſtiana ſatis declarat, ejus caput aut præcipuum fundamentum Papæ primatum conſtituens in epiſtola ad Georgium Blackvellum Archipresbyterum Anglum, quæ addita eſt litteris Pauli 5. Pontificios dehortātibus, ne juramentum à Jacobo Rege Britannico propoſitum præſtarent, quamvis ſui forſan oblitus quod in aliis ſæpiſſime ei accidit, lib. 2. de Rom. poſt cap. 12. fateatur Romani Pontificis primatum

neque

neque expreſſe in ſcriptura haberi neq; de jure divino eſſe. *Quum ergo Scripturæ autoritas fundetur in Eccleſiæ authoritate, hujus vero in ſucceſſione Papæ in Petri primatum, inde ſequitur Scripturam ſacram non eſſe juris divini, ſed fundari in humana authoritate, & ad humanas conjecturas & opiniones redigi, quæ quidem via eſt ad Atheiſmũ compendioſiſſima.* ſunt verba Petri Molinæi hyperaſpiſt adverſus Sylveſtr. de Petra ſancta Jeſuitam lib. 2. cap. 12. Nihuſius apoſtata citante D. Calixto eadem habet, *mihi, ait, infallibilitas capitis Eccleſiæ viſibilis & primo credita & ſimul regula credendorum cæterarum eſt, neque capiti Eccleſiæ credo ob aliquod aliud prius creditum.* Quis non inde ſatis deprehendit atheiſmũ robur ſuum nanciſci? credunt hi non Deo, ſed Papæ Romano, &, ſi Deo confidunt ob pontificis determinationem, ut religionis Chriſtianæ fundamentum fiduciam concipiunt. Haud quidem arbitror cunctos Pontifici addictos Theologos omnia hæc Nihuſii placita approbaturos. Ipſi enim Scripturæ ſacræ à meris hominibus partim apertè, partim etiam occulte forſitan malis conditæ ſunt, verum unus nonnunquam revelat, quæ aliis quidem pudor eſt proferre, corde tamen aſſenſum præbent: Quid autem ſupereſt, niſi ut ſcripturarum conditores, qui Evangelium de Jeſu Chriſto Dei viventis filio mundi redemptore nobis prædicarunt, gradu, quem tot ſeculis tenuerunt, deturbentur, ac totum vacantem occupent nuperi Divi, Decretalium auctores Raimundus de pennâ-forti & ſimiles, qui novum Evangelium de Deo ſuo Papa ἀναμαρτήτῳ καὶ ἀνυπευθύνῳ orbis terrarum domino, Regeſq; & Imperatores inſtituere & deſtituere potente annunciant? Quis tandem ignorat Pontificis Romani conſervandæ authoritatis ergo ſusq deque à Jeſuitis comprimis natam religionẽ Chriſtianam haberi, parum ipſorum intereſt quicquid credant, quos ſeducunt, majeſtas Papæ ſervetur modo incolumis, hi ſanê ſunt clancularii ἄθεοι, quod ex perverſiſſimis conſiliis, quibus principes ac Magnates corrumpunt, ac bella inteſtina excitant, patet, quibus religio famulatur, ejus quippè ſub prætextu quidvis moliuntur, ac ſi neque Deus, neque vita altera detur, hi verſantur in aulis principum, quæ ibi agant multorum piorum querelæ teſtantur; effectus comprobant quo nempè patriæ dulciſſimæ ac religionis orthodoxæ, ſi fieri

digreſſ. de Arte Novæ pap. 17.

Doct. Calixt. digreſſ. de arte nova. p. 30.

 poſſet,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

poſſet, quod Deus clementer avertat, ruinam atque exitium accelerent Inhiant illi teſtamentis, venantur lucrum, & quo etiam ad cultum & religionem quid agere videantur, notant articulos erroneos, ſuſpectos, ſcandaloſos, irreverentiales, hæreticos, ſchiſmaticos. Malunt enim ipſi regnare populi Chriſtiani malo, quam ſuo periculo Chriſti regnum promovere, per hanc ἀθείαν practicam ſollicitant multis magniſque promiſſis ad nefandam apoſtaſiam tam ſpecie religionis, quam honoribus, divitiis. Ac ſanè quam obedientiam Chriſto ſervatori exhibendam Jeſuitæ velint, declarat Sectæ conditor Ignatius epiſt. ſubjecta libro, qui inſcribitur regulæ Societ. Jeſu, *Superioribus non ſecus ac Chriſto ipſi obtemperandum eſſe jubens, imo Ieſuitas cæco quodã voluntatũ impetu parendi cupidæ ſine ulla diſquiſitione debere ferri, alioquin periret celebris illa obedientiæ cæcæ ſimplicitas.* Hæc aliaq; nonne Atheiſmum promovent, quum ii, in quos terminatur fides Laicorum, religione ſuſq; deq; habita quævis perpetrent, quævis abſq; pudore ſtatuant, tum in rebus fidei, tum in actionibus humanis, exempla ſunt Guignardus, Caſtellus, Olodcornus, Garnettus & alii de quibus conſulas Molinæi lib. defenſ. veritat. ſeu hyperaſpiſten adverſus ſylveſtrum Petra-Sanctam lib. 3. cap. 4. & 5. Et ejuſdem de Monarchia Pontif. Rom. temporali cap. 3. & 4.

§. 12. Infinita etiã quæ à cujuſcunq; religionis, ut ita loqui liceat, ſectatoribus agitantur, diſputationum diſſidia, quamvis ex accidenti Atheiſmum promovent. Etenim alii, controverſarum rerum haud adeo gnari, ut ex plebe; alii qui, quidem politioris ingenii, in divinis tamẽ haud adeo eruditi, quum, inquam, hi videant nihil fermè ejuſmodi certitudinis in univerſa Chriſtiana doctrina, quod non dubium novelli hæretici reddant, imo ſi familiaritatis uſus cum iis accedit, ſuis interpretationibos ac perverſis gloſſis diverſum à vera Chriſtiana Eccleſia ſenſum affingant, perplexi admodum fiunt eorum animi, ac cui adſtipulentur vix norunt, hinc facilis ad abjectionem omnis divini cultus delapſus, Deus quippè certo atq; ab ipſo præſcripto cultu coli vult. Remedium autem harum cogitationum facilè ex ipſis Bibliis atque veteris Eccleſiæ conſideratione ſuppeditatur, quum perverſa ejuſmodi ingenia αἱρέσεις in Eccleſiã vel Apoſtolorum ævo intro-

ducere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

ducere haud verita fuerint, neque deſtitit Satanas cætum Chriſti ſanguine purificatum zizanis ſuis inficere, & ni, Dei ſingularis providentia obſtitiſſet, totum corrumperent, proinde mirum haud videri queat, ſi ejuſmodi monſtrra bellum indicent iterum Chriſtiano gregi. 1. Corinth. 11. 19.

§. 13. Tandem Libertiniſmum viam parare agnato Atheiſmo dicimus, quod ſatis confirmant exempla Italicorum Philoſophorum Neutraliſtarum, qui ea libertate ſibi arrogata in Atheiſmum plures prolapſi ſunt, conf. Voet. diſput. & Paralip. hinc providentiam divinam ſollicitant, ut philoſophi juxta Ariſtotelis principia, vellicant animæ immortalitatem, ut repugnantem naturali naturæ cognitioni, quare verè ſcripſit Leſſius ſectam atheiſticam etiam inter ipſos Catholicos vigere. Quanta autem in Italia & qui ex ea ob peregrinationem ſecum in alias provincias afferunt, ſit multitudo, quæ ultra naturalis ſcientiæ ſphæram aſcendere recuſat, docent canones conciliorum, qui adverſus hos libertinos à Pontificibus ipſis ſunt compoſiti verum quo propius fulmini papali, eo minus metuunt. Teſtatur etiam collegium Cardinalium ac Epiſcoporum, qui juſſu Papæ Pauli 3. peculiari libello morbos Eccleſiæ deſcripſerunt, quem librum perpetuo quidem latere volunt Pontifex, verum opera Nicolai Archiepiſcopi Capuani in Germaniam emanavit, referente Vergerio in annot. ſuper Catal. hæret. tom. 1. fol. 251. conf. Voet. dict. loc. & in diſp. de creatio: part. 10. Hornei Philoſ. hiſt. lib. 6. cap. 7. plures adjuvantes haud adducimus cauſas, quia, ut dictum, Voetius hoc præſtiterit, inſtrumentales, homines nempe, diſſeminantes Atheiſmum ibi etiam referuntur. Nos ad cauſam materialem properamus.

§. 14. Circa principium autem obſervandum eſt, pro diviſa vocabuli athei uſurpatione materiam quoque variam eſſe, quum non tantum Gentilibus tribuatur, ſed & iis, qui Chriſtiani audiri volunt. Inter ethnicos autem fuere alii qui omne Numen ſuſtuliſſe dicuntur, aut de ejus exiſtentia dubitarunt, quos alii excuſant dicentes opinioné hanc de illis invaluiſſe nullam aliam ob cauſam, quam quod obloquerentur abominandæ reliquorum gentilium opinioni de Deorum multitudine ac in vid. Mornę: de veritat. Relig. Chri. pag. 12.

 certum

Iacob Mart. diſp. miſc. pag. 40. conf. Hornii Philoſ. hiſt. lib. 3. cap. IX.

certam arbitrantur, an omnes iſti Numen negarint. Epicurum defendere ſatagit Gaſſendus de vit & morib. c. 9. lib. 4, cap. 1. Vetèrioribus illis nonnulli addunt gentes nonnullas à nobis remotiſſimas. De Souldanis extremas Africæ oras inhabitantibus refert Thomas Herbertus Anglus in peregrinatione ſua, quod ipſe nullo ſigno aut percontandi ratione quicquam invenire potuerit, quo argui poſſit Souldanos eos, cum quibus verſatus ſit, vel unam fuiſſe religionis ſcintillulam, Deumve ipſum, cælum, infernum aut æternitatem illis ſuboluiſſe. Verum ſi plures ſint, qui eadem tradant cum Herberto de Aſiæ & Americæ nonnullis incolis, quod Socinus prælect. Theol. cap. 2. etiam evincere conatur aſſerens *non ſingulos tantum aliquos homines, ſed integros in novo occidentali orbe in Braſilia provincia populos inveniri, qui nullum penitus ſenſum aut ſuſpicionem divinitatis alicujus habent*, nullatenus tamen vero conſentaneum eſt omni Divini Numinis notitia inſita carere, quippè ut cõſcientia cuilibet ſatis hoc dictitat. Non quidem diffitemur gradus hujus notitiæ eſſe, quin tamen omnem cognitionem ſupremi alicujus directoris ac Legislatoris legis innatæ ad ultimum uſque vitæ halitum τῆ γνώσεως Θεῦ delectionem continuentur, ut nunquam actuali quadam cogitatione in hanc propoſitionem ferantur eſſe aliquod ſupremum Numen, haud immeritò diſquiritur, nobis ſatius videtur affirmantem ſententiam amplecti, quam cum nonnullis negare aut in dubium vocare, qua de re conf. Voëtium diſp. de atheis: Fabricii Heidelberg. Acad. Profeſ. Theolog. itidem Meditationes, quæ ab hoc craſſiſſimo, ſit venia verbo, Atheiſmo illos per Africam, Aſiam & Americã populos liberant pag. 84 & ſeq. Optandum foret, in iis, qui Chriſtiano nomine inſigniri volunt atque appellantur, ejuſmodi monſtra haud inveniri, aſt proh dolor! contrariũ experientia clamat perhibent quoque hiſtorici, hic quos excutere haud propoſiti noſtri eſt. Complures, inquit Leſſius, *ſunt hodie, qui divinitatem animo negant, non tamen ita paſſim ſunt noti. Premunt enim ſilentio hoc myſterium metu legum, nec auſi evulgare, niſi apud familiares.* Aliorum atheiſmus circa divinam providentiam animæque immortalitatem verſatur, qui hæc conceſſo Numine, vellicant aut in dubium revocant, qui tamen pauci admodum erunt, quum conceſſo Numine

mine ejus directrix providentia negari nequeat, quâ conceſſa, annon vero conſentaneum, quod fine vitæ huic impoſito poſt funera animas ſuperſtites præmia vel pœnas maneant.

§. 15. Quum autem inde de exiſtentia Numinis divini, ejus providentia atque animæ immortalitate argumenta varia extent, prout videre licet apud Leſſium lib. de providentia Numinis ſupremi, atque animæ immortalitate contra atheos & politicos & alios magno numero à Voetio allegatos, paucis hic res peragenda videtur. Ante omnia autem ejuſmodi deriſoribus ſupremi Entis, quæ ex natura depromi poſſunt maximeque ad ἀυτοκατάκειτον eos adigunt, argumenta ſunt adhibenda. Receptam autem communiter methodum quare de relinquere debeamus, haud videmus, cumprimis θεόπνευστον Paulum hic præeuntem habentes, qui tum ex innata notitia, tum ex acquiſita per contemplationem mundi pariter atque hominis nobiliſſimæ in terris, creaturæ divinitatem quandam deducit. Accedit Paulum, ut convenit ac par eſt, ſecutos eſſe Veteres Eccleſiæ Doctores. Haud ignoramus nonnulllos ab hac methodo probandi divinitatem diſceſſum feciſſe, alii quippè dicunt ideam divinam arctè nobis inſitam Numinis exiſtentiam probare conf. Schockium hanc ſententiam examinantem de ſcept. lib. 2. cap. 15. Campanella nova etiam affert, de quibus conſulas Voetiũ dict loc. Remonſtrantibus placet ſequi plana, facilia & brevia ex ſignis, miraculis, prodigiis, ex quibus palmarium argumentum formant. Leſſius itidem pro argumento divinitatem probandi miracula ex ſacro codice affert. Nos quamvis cuncta examini haud ſubjiciamus, tamen ejuſmodi argumenta ex miraculis deſumpta, præprimis quæ in ſacro codice continentur, præfractos Atheos, ut omnem Scripturam ſacram reſpuentes, haud convincere arbitramur, tum etiam quum ex divinis voluminibus cognitio Dei hauritur, ea nõ fide humana, ſed divina creditur, quod ſi autem Atheus quidem miracula vel ipſe vidit vel ſaltem vera eſſe concedit, haud negamus, quin Divinæ naturæ exiſtentiam probent, utpote quæ altius quid, quam finitæ competat potentiæ, involvant, effectus autem ad ſuam remittit cauſam effectricem. Methodi receptæ, ut dictum, inſiſtentes Numinis divini exiſtentiam probamus ex

Confeſſ. cap. 2. ſect. 2. Apol. cap. 2. ſect. 2.

cognitione ſeu principiis communibus innatis, ex quibus ἔμφυτος & noëtica illa Dei notitia originem ducit, ita tamen, ut quæ ab extrinſecis objectis deſumuntur argumenta κοινῶν ἐννοιῶν auxilio carere haud poſſint. φανερὸν quidem atq; in cordibus noſtris manifeſtatur Numen divinum, verum non tam explicitè, quã virtualiter, ratione communium notionum nobis congenitarum, quibus mediantibus citra diſquiſitionem nimis prolixam mens noſtra nobiliſſimum aliquod Ens non tantum extra nihilum, verum etiam à reliquis Entibus diſtinctum, apprehendit, egregiè hoc explicante Apoſtolo ex lege mentibus noſtris inſcripta. Etenim ea lex ad legislatorem deducit, eaque perſpecta, autor ignorari nequit, ſuggerit natura legislatorem, quia legem habet impreſſam, ex quo etiam provenit adeo abjecti atque obtuſi vix quem quam inveniri ingenii, quin, ubi intellectus ſuum exerit officium, ſuperioris cujuſdam entis eſſe non concipiat, cum mens & anima de autore & principe ſuo admonetur, *nullus quipè qui non cum iſtius principii notione idem primæ nativitatis intret, cui non ſit ingenitum, non affixum, imo ipſi penè ingenitalibus matris non impreſſum, non inſitum, eſſe Regem ac Dominum, cunctorum quicunque ſunt moderatorem*, ut eleganter Arnobius loquitur. Ex quo etiam provenit quod natura à nullo Numine agnoſcendo atque colendo penitus abhorreat. Etenim ſi ſibi homo adeo facilè hoc perſuadere poſſet tanto labore ſtudiis virtutis atque honeſtatis non incumberet, quin potius in delitiis hiſce mundanis corporis acceptis tempus tereret. Summũ ſanè bonum ex porro inſtinctu aberit vita omnibus ſceleribus ac vitiis traducta, promiſcuæ libidines ac quicquid modo & quæ appetitu corrupto ſed mala quæque arridet bonum erit ſummum, quippè nullo exiſtente qui vindicaret Numine, quo pacto infra beſtias hi Athei ſe dejiciunt, quæ promiſcuas fugitant libidines injuriaſque â ſuis depellunt. Lucem hanc congenitam, quod peſtilens ac execrabilis Atheorum colluvies non tam rationum pondere argumentorumque machina, quam affectato quodam errore nequitiæ ſuæ favens extinguete conatur, ſatis mentis tenebras indicat, vel ut Apoſtolus loquitur profert quod ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, neq; lumen hoc nebula Socinianorum obfuſcabit

lib 1. adverſ. Gent.

Rom. 1. 21.

quam

quam ſplendenti huic luci obducunt, argumento ex patefactione divina deſumpto, quot enim loca, quot gentes à populo Judaico remotiſſimæ, quibus defuit patefactio ea, Numinis alicujus cognitione verò minus deſtitutæ fuerunt. Sane hæc naturæ principia Atheorum execrandam vesaniam & furorem cyclopicum retundunt, non permittendo ullam gentem eſſe uſquam adeo extra legem moreſque rejectam, ut non aliquem Deum credat, quæ demiq; hoſce virulentiſſimos ſerpentes Deique ac religionis omnis oſores ac contemptores cauſa permovet, ut naturæ populorum in univerſo orbe conſenſu probatæ bellum indicant, quæ ratio ipſis perſuadere poteſt, ut Creatoré ac ſervatorem benigniſſimum rejiciant? ſtultitiam verò ut Scriptura appellat, accerſitis argumētorum ſimulachris defendere ſatagunt, atq; ſic Sophiſmatum fumo atq; fuco ἐννοίας ἢ καταλήψεις naturæ inditas obſcurare, cumprimis Dei exiſtentiam propterea negant, quod optimiquiq; peſſima pati cogantur, peſſimis vero optima quæque ex voto eveniant, hoc argumentum maximè præmit Sextus Philoſophus, ut videre licet apud Valleſium, per quem ſi intelligit pyrrhonarum hypothypoſeon ſcriptorem, haud videmus, quomodo cōciliari queant, quæ citato libro habentur, quo de Scepticis, qui quidem in reliquis οὐδὲν καταλαμβάνοντες, οὐδὲν δοξάζοντες, ἐπέχουσι, pronuntiat, *eos vitam communem ſequentes, nulli autem opinioni adhærentes dicere, eſſe Deos, & colere Deos, & providentiam illis attribuere.* Neque propoſitum argumentum execrabilis ἀθεότης robur, verum & pios nonnunquam maximè perturbat, cujus rei teſtis idoneus ſanctiſſimus David: Aſt pios conſolatur atque erigit ſuave illud: qui Deum diligunt, omnes eorum vel optimum finem ſortiuntur, neque infenſiſſimi illi naturæ Deique hoſtes quicquam præſidii in hoc argumento habent. Parum enim in creatorem æqui, parum religioſi ejuſmodi ſibi fingentes Numen, quod civilis Magiſtratus inſtar perpetrato ſcelere juſtum ſupplicium deſtinet, cujus Majeſtas legibus Romanis ſe adſtringeret, ac ſi ſanctiſſimo Numini alius modus haud ſupereſſet, quo piorum perpeſſos labores & anguſtias præmiis condecorare poſſet, circa malorum verò impiorū facta juſtitiam ſuam vindicativam pro ſcelerum gravitatem non exercere: o miſeri ac cæci homines, humanæ ac politicæ

hoc præ- lect. Theol. cap. 2.

Pſal. 14.

Philoſoph. ſac. cap. 58. cap. 1.

Pſal. 73.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

liticæ providentiæ Dei Ter Opt. Max. providentiam comparantes, Creatorem creaturis, ad ulciſcendam piis illatam injuriam, improbos vero ſine cunctatione puniendos ſubjicientes: Nonne Deus liberrimum agens? anne ullis mortalium ex juſtitia, idque ſecundum eorum merita præſcriptionem, mala prohibendo ab ipſo ſeu benefaciendo obſtrictus eſt? anne mala, quæ bonis accidunt in optimum poteſt convertere finem? Quis inde non videt, qualem ſibi peſtilens hæc & pervicax atheorum turba Deum velint, atq; ob quam cauſam remotum contendant, minus vident Sanctiſſimi illi Numinis contemptores juſtitiam eam divinam urgendo idque ex momento commiſſi facinoris benignitatem inexhauſtam tollere, hanc verò circa impiorum malos conatus nonnihil admittendo, quo reſipiſcant, Dei juſtitiam vellicant, proinde tibi Deus ne diſcors appareat, ſic juſtitiam exercet, quo abundantiæ bonitatis nihil detrahatur, ſic miſericors, quo & juſtitiæ locum relinquat, gratiæ ſuæ rejectæ vindex acerrimus; Ejuſdemne dicã an deterioris conditionis reliqua eorum ſunt argumenta, quibus ſemina religionis atq; cultus divini innati penitus ſibi eripere conãtur, quorum tamen ex atheorum ſecta multi ſtupore atq; ſocordia potius, quam rationibus innata principia exoleſcere patiantur, interim tamen miſeratione potius, quã operoſiori refutatione digna ſunt, utpote qui venerãdum illud Numen captui ſuo accommodant, nõ prout exiſtit ac quodãmodo naturali cognitione percipi poſſit, iuxta eorũ eheu! depravatam atq, finitã mentẽ, qua infinitam illam eſſentiam, cuique oculi decies millies ſole lucidiores, inſpiciẽtes omnes vias hominũ, & conſiderantes in abſconditis partibus, hujus inquam naturam non modo quadantenus apprehendere, quã conceptu adæquato exhaurire conantur, proinde etiam hominum more de ea loquuntur. Plinio ob multiplex, ac triſte miniſteriũ, ſi rebus humanis proſpiceret & gereret curã, Numen haud videtur admittendum eſſe, ob impotentiam ſimul, qua mortem ſibi conſciſcere nequeat, naturæq; potentiã eſſe, id quod Deum appellamus ut c 7. lib. 2. dicit, quę & alia annon humana reſipiunt? miſeriam non in providendo, ſed defatigando ponere deberent, neque illud, quod cum ſanctiſſimo Numine pugnat ipſi attribuere. Ut nihil dicamus de Ethnicorum atheiſmis, qui quidem Numen aliquod videntur

Eccleſ. 23.

dentur agnoviſſe, verum qui omni intelligentia careret animali-bus, ſoli Lunæ, ac cui rei non? id venerabile nomen attribuendo, hi adeo excæcati fuêre ingenii, ut quum innatum illud lumen de Dei notitia delere nequiverint, iis tamen rebus, quæ in ſenſum incurrerent, ac quibus nihil minus, quã Numinis nomen conveniret, vel ex reſiduæ lucis congenitæ collectione, titulo eo honorare & adoratione proſequi voluerint. conf. Rom. 1. 22. 23.

§. 16. Aquas ea hæc de congenita Dei cognitione, quæ ideo hoc nomine venit, quod ex impreſſis ac congenitis principiis promanat, & ex quibus ut univerſalibus ac directivis cognitionis noſtræ beneficio ratiocinii abſtractivè colligendum eſt, Numen divinum, quod nos brevitatis ſtudio pluribus hic præſtare haud poſſumus, pauca tamen adducemus. Et quidem nobis, ſalvis interim diſſentientium, qui nos non latent, judicio, haud videtur hujus propoſitionis: Eſt Deus, ſeu Ens aliquod infinitum ac independens, ejuſmodi evidentiæ ac certitudinis, ut citra ullum diſcurſum admittatur ab eo, qui non tantũ negaret vel in dubium traheret, ſentẽtiam, cujus intellectus antea vel inſtitutione parentum aut præceptorum cognitione hujus propoſitionis non fuerit imbutus. Quam noſtram opinionem comprobat tum quod Deus nõ cadat ſub ſenſum, ex quib: tamen origo ſcientię noſtræ, tũ recepta communiter à Theologis & Philoſophis divinitatẽ evincendi methodus. Etenim ſi æqua lance perpendimus, quas innata ſuggerant principia rationes, quas item conſcientiæ dictamen ſubminiſtrat, liquidum erit, diſcurſum abeſſe non poſſe. Ut de priori autem conſtet cauſarum & effectuum ſeries perpendenda ſemper; ſupponimus jam principium illud generaliſſimũ: omne aut eſt aut non eſt, quæ hoc modo procedit, quicquid exiſtit, aut à ſeipſo aut ab alio, mundus ac quę in eo ſunt exiſtunt. E. quum nihil ſuiipſius cauſa ſit, neq; progreſſum in infinitum humana ratio admittat, unde tandem ad primum aliquod reliquorum omnium cauſam effectricem pervenimus, quod eodem modo circa materiam formam atque finem procedit. Conſcientiæ teſtimonium itidem ex diſcurſu deſumitur. Metus enim, qui ob mala facta oboritur vindicantem ſuperiorem, gaudium ex benè geſtis remuneratorem exhibent. Proximè autem ex hiſce principiis deduci-

tur. Eſt Deus, quippè particularium principiorum, ratione illius univerſaliſſimi ſupra dicti primo primum, quamvis in omni conceptu quadantenus implicetur. Scholaſtici Doctores aliique ex recentioribus circa hanc propoſitionem maximè digladiantur, quę hic repetere aut examinare noſtri haud eſt iuſtituti. Acquiſita autē cognitio Divinæ naturæ per opera hujus aſpectabilis mundi per ratiociniū etiam, quod neminem negaturum duco, habetur, quaqua viſum oculi flectātur, ſuprema infima & quæ circa hominem ſunt, intuendo quemcunq; conceptum objectivum, ut philoſophi loquuntur, proponendo Dei ſapientia, atq; potentia elucet. Hæc namq; cum finita ſint, majus quid cauſæ efficienti, ineſſe arbitrādum eſt. Scitè non minus quam verè Tertullianus loquitur: Deus, inquiens, *habet teſtimonia id totum in quo ſumus & id totum quod ſumus.* Proſpiciendum autem ne objectis in hæreamus penitus, ut ulterius, quò nos ducunt, mentem non elevemus, hoc quippè omnis idololatriæ origo, quod etiam via ad atheiſmum, proxima naturæ cœlo & terræ cuncta adſcribentes haud ſecus ac ſi per ſemetipſa hanc vim atque facultatem haberent, quo fit ut plurimi præſertim Italiæ Philoſophi ultra hanc naturam aſcendere nolint, inde & nomen Neutraliſtarum ſortiti ſunt, qui creaturis affixi creatorem inficias eunt ſeu de eo cognoſcendo parum allaborant. Unde & myſteria fidei Chriſtianæ riſu excipiunt, quibus verè competit illud Pet. 2. cap. 2. v. 12. quod ſint ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ γεγενημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται. veluti bruta animantia quæ naturali impetu feruntur, facta ad eum finem ut capta intereant, ea vituperantes, quæ ignorant ſua ipſorum corruptela interibunt. Eadem ferè de ejuſmodi Neutraliſtarum non cognitione excedentes, ac qui cum morte cuncta interire putant, quod non poteſt non ab ejuſmodi, qui ſe à ſupernaturalibus ἀποδιορίζουσι, ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες Jud. v. 19. ſeparant habet Juda, epiſt. v. 10. οὗτοι δὲ ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι βλασφημοῦσιν ὅσα δὲ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται. Væ illis. conf. Voetii diſput. part. 4. 172. & librum Sapient. cap. 13.

§. 17 Aliorum atheiſmum circa Divini Numinis providentiam animæque immortalitatem, quem antiquis philoſophis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Democrito, Heraclito, atque Lucretio tribuunt, qui Deum di-cuntur ſtatuiſſe, ὔτε ἀυτὸν πρᾶγματα ἔχοντα ὔτε ἄλλῳ παρέχοντα, qui-bus annumerãdi ſunt Deiotæ, ut vocant Merſennus ordinis mini-morum de S. Paulâ Theologus citante Voetio, & deſcribit quod quidem aliquam cognitionem Numinis præ ſe ferant, providen-tiam tamen ejus & juſtitiam negent horum inquam atheiſmum evertunt quæ ſuperius commemoravimus de exiſtentia Numi-nis, quod tantum abeſt, ut hic concedant, ut potius per previden-tiam ac juſtitiam ejus negatam aut animæ etiam immortalitatem deſtruant, nomen Numinis alicujus retinét forſan, aſt rem ipſam convulſam eunt. Quale enim Numen abſq providentia & juſti-tia? *Deum eſſe*, inquit Chryſoſtomus *creaturæ clamitant, igitur & juſtus eſt, quod ſi juſtus, tribuit unicuique quod juſtum. ſi unicuique quod juſtum eſt tribuit, neceſſe eſt, poſt hanc vitam eſſe tempus, in quo ſinguli iux-ta merita accipient, quum multi hic benè habent & in honore degunt li-cet mali: alij verò affliguntur, licet iuſtè vivant. Si ergo poſthac nihil eſt emigrabunt iuſti affecti iniuria & iniuſti immerita felicitate politi: ubi ergo manebit iuſtitia? Si enim nemo, qua meritus eſt accipiat, neque Deus ſecundum ſe iuſtus eſt, ſi autem Deus non eſt iuſtus neque Deus eſt.* Admi-ramur ſanè hominum inſaniam, quę ipſos decepit, quod Numine conceſſo ejus providentiam tamen vellicant, namq; indiſſolubili vinculo cohærent hæc Numẽ divinum ejus providentia atq; ani-mæ im̃ortalitas, adeo ut qui unum ex hiſce negat aut dubio com-mittit, reliqua idem fatum ſubeant, neceſſe eſt. Quomodo hi-ſce Atheis Sociniani accedant infra vindicabimus. Primarium providentiam divinam deſtruens argumentum Apoſtolus Petrus indicavit ac ſolvit, qui tot ſeculis peſtilentẽ ſectam prævidit, quæ dicit, *poſtquam patres obdormiverunt omnia ita permanent ab initio crea-tionis*, hanc cohortem nequiſſimam rectè Apoſtolus prædicto lo-co ἐμπαῖκτας irriſores myſteriorum ac fidei vocat, utpote haud aliter circa divina verſantes, quam more puerorum ludentium in rebus ludricis. Quæ enim ratio quod quædam res in perpetuo quodam motu ac ſtatu ejuſdem ſint propterea providentia Dei excludantur, quum potius hanc conſtantem continuationem ab ea habeant & quia rerum conſervatio definitionem providentiæ quaſi ingrediatur. Denique mille anni ſint apud Numen

ſerm.4. de ſerv.

2.Pet.3.13.

inſtar unius diei. Uberius eorum argumenta lubrica diſcuſſa ſunt, apud Leſſ. dict. lib. de provid. Num. Animæ noſtræ ἀφθαρσία nunc probanda eſt, quâ de cum tot libelli extent ut de copia potius quam inopia quærendum ſit, paucis inquirendum erit. Cumprimis Atheorum ſectæ ob oculos ponimus ſingulares illas actiones intellectus, anne in craſſam ejuſmodi animam materiæ conſtantem, qualem ſibi peſſimi iſti homines fingunt, cadere poſſint? an non potius ſublimioris conditionis Dei Angelorum maximè adſimulentur intellectu, collectio ſanè evidens eſt, qua naturarum inveſtitudo nec operationes communès utrique demonſtratur, operari enim idem eandem quoque præſupponit naturam. Urgenda quidem ſunt contra præfractam hanc Atheorum turbam argumenta, quæ ex rebus hiſce obviis atque axiomatibus natura notis deſumuntur, incommodis etiam quæ magna inde promanatura ſint quæ ipſa naturalis inſtinctus rejicit, ſceleratis nempè ac flagitioſis optimum eſſe, qui autem ob virtutis exercitium Deique cultum extrema quæq; paſſi fuerint, in anguſtiis atque laboribus vitam traduxerint eos poſt funera idem cum impiis fatum ſubire, omnis pietas atque religio ceſſabit animæ mortalitate poſita, Numen divinum ejuſq; providentiam de ponte præcipitat, conſcientiã tollit, ea quippè pertinaci teſtimonio ejus extra corpus ſubſiſtentiã, comprobat, præſertim cũ mors ultima linea rerum aderit. Naturæ, infenſiſſimi hoſtes, ea namque ſui conſervationem ſummumque bonum appetit quodnam autem majus bonum æternitate vitaq; perpetua in tranquillo ſtatu animi frui, ad hoc quia hos natura ducit, ſecundum corpus autem quod cum reliquis animãtibus mortale habemus hoc minus contingit, ſequitur unde animæ immortalitatem hanc attribuendam, ni ſtatuere velimus innatum hunc ſummi boni deſiderium inane atque vanum eſſe appetit natura vitam, mortem abhorret, amorem natura abjicere nequit, ſic neque immortalitatis animæ ſenſum. conf. rationes quas peculiari libello Jeſuita Leſſius collegit & Chriſtophori de capite Fontium Archiepiſcopi Cæsarienſis illuſtrationes novas fidei Chriſtianæ. Sin tamen rationibus hiſce ingenium accommodare, quis haud valet eaſq; apprehendere, eſſet quod ad ſacra oracula ablegarẽtur non enim repu-

Marginal notes: lib. 1. pag. 213. & ſeq.

Thomas part. 1. quæſ. 1. art. 1. veritas de Deo per rationẽ inveſtigata à paucis & per longũ tempus & admiſtione multorum errorũ homini provenit ut igitur ſalus hominibus, quæ in Deo eſt & con-

repugnat fide quid credere, quod ex natura probari poteſt.

venientius & certius proveniret, neceſſariũ fuit, quod de divinis per divinã revelationẽ inſtruerentur. Conf. Eund. in 2. ſecund. qu. 2. art. 4.

§. 18. Aliorum Atheiſmus occupatus eſt haud quidem in Numinis divini exiſtentia neganda, aut etiam ejus providentia animæque incorruptibilitate, quam in religionis Chriſtianæ vel in totum vel ex parte rejectione. Prius Gentiles & pagani fecere, quibus quamvis ſtricta illa ſignificatione vocabulum non competat, ab Apoſtolo tamen, ut ſuperius indicavimus vocantur ἄθεοι, quoniam mediatore Chriſto caruerint, tum etiam ob πολυθεΐαν, ejuſdem fermè conditionis cum ἀθεΐα. Etenim Deum naturali lumine, ut perfectiſſimum quid concepêre, concipêre utiq; potuêrunt, plures autem colendo Deos eorum nullus perfectiſſimus dicendus, quod inter ipſos perfectio eſſet diſperdita, unde ex ſanioribus & qui ingenium eruditione ſubactum habebant, gentiles mentem ad unum Deum ut cauſam effectricem atq; providentem elevarunt, cujus rei teſtis Cicero multis in locis exiſtit. Arbitrati autem hi pagani ſunt Deum quidem colendum, verum eam, quam Apoſtoli introductam voluerint, colendi rationem impugnarunt, ac optandum, ne etiam vel ex iis, qui Chriſtianorum titulum gerunt nonnulli ad hanc inſaniam relaberentur, qui parum obeſſe putant cui religioni quis ſit addictus, cum ipſis ſaltem ſit cultus ille ſacer introductus ad conſervandum Reip. ſtatum. Pugnarunt patres, maximeque deſudarunt, gentibus veritatem hujus cultus à Chriſto inſtituti ut demonſtrarent, quos imitati nonnulli ex recentioribus Philippus Mornæus & Grotius, quos evoluere benev. Lector poterit; quibus adjungendus Venerandus D. Bebelius hiſtor. Eccleſ. ſecul. artic. 8. de Gentiliſmo, ubi non Gentilium tantum argumentis ex patrum reſponſionib. ſatis ac quas ipſe ſubjecit, ſatisfactum eſt, verum Chriſtianiſmum rationibus ſtabilivit. Repullulante hoc Gentilium atheiſmo de Chriſtiani cultus veritate eadẽ hic uſurpare poſſumus fundamenta, quibus contra gentiles patres uſi fuerunt, ac quum omnes religiones ut vocant rationis trutina conſiderãtur; earum nullus ſeu gentilium Judæorum & qui hiſce accedunt Mahumedanorum, neque quoad principia cognoſcendi neque conſtituendi ejuſdem certitudinis ac quæ verè divina reſipiat, quæque ſolamen miſeris, & terrorem præfractis offerant, quæ item hominem adeo certum

Ludovicus Vives.

reddat de vero cultu divino ut nullatenus dubitet aliã meliorem aut certiorem eſſe, quod cumprimis veræ religionis attributum, Quam religio Chriſtiana. Non commemorabo ea quibus paſſim Theologorum ſcripta referta ſunt, divinitatem horum librorum comprobandi; quum hodierno præſertim tempore Athei non rationum monumentis, quam veſania, qua decepit Satan eorum mentes pugnent. Quem namq; nõ permanerent res ſublimes atque divinæ ſacro codice contentæ? quid magis certum afferri poteſt, ad religionem probandam, quam quod Scriptores omni litterarum cognitione deſtituti antea, nullo labore ad ejuſmodi pervenerint ſapientiam, quam omnes ſapientes haud immerito admirantur & obſtupeſcunt, quod item in diverſiſſimis regionibus atque provinciis conſtituti eadem tamen litteris mandarunt haud aliter, ac ſi unum conclave ipſis fuiſſet, vaticini etiam Vet. Teſtamenti impleta in N. Teſt. ſatis veritatem perſuadent, prætereo quæ pluribus hic differenda eſſent, de ſingulari ac efficaci ſcriptura indita facultate, quâ reliquorum ab hac ratione colendi Deum diſſidentium libri penitus carent, ea quippè vel inopinatos ita cõmovet ut rationibus ceteris poſt habitis ob hanc unicam, ei ut omnium maximè tum divinæ Majeſtati, tum homini convenienti & veraci aſſenſum præbet conf. D. Calixt. diſput. de author. & D. Dorſchæus in Antikirch. Ad eos potius nos convertimus, quibus cum præprimis nobis res eſt nempe eos, qui hanc Chriſtianam fidem ſi non ex omni parte rejiciant, ejus tamen fundamentum ac præcipua fulcra credendi articulos ſummè neceſſarios, quorum & ignorantia & multo magis impugnatio nefaria damnum æternæ ſalutis ſecum attrahit, negant ac in dubium vocant, hi Sociniani dicuntur: Quamvis enim plures hæretici unum alterumvè fidei articulum negarint, eam tamen fermè totam, prout hi faciunt, non ſuſtulerunt.

thes. 30. p. 109.

§. 19. Conſiſtunt autem Atheiſmi Socinianorum vel in in abſurda negatione vel etiam dubitatione. Certum enim eſt ac nemini ignotum, qui eorum ſcripta perluſtraverit, quod adeo in graviſſimis fidei articulis hæſitent ac fluctuent, ut quo pedem figant, vix deprehendi poſſit, quia enim clariſſima teſtimonia variis gloſſis in dubium vocant & contra ſua dogmata evidenter confir-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

confirmare nequeunt, inde animus fluctuare incipit & quid ſtatuendum ſit, ignorat, ut eorum methodus diſputandi non Theologicus, ſed ſophiſticus ſit. Ex quo etiam provenit, quod ἀντιφάσεις ſeu contradictione adeo manifeſtas inter ſe foveant, imo ſibi ipſi ſæpiſſimi contradicere, ut pluribus de Smalcio, Oſterodo & aliis demonſtrari poſſet, conf. interim Himmel. Colleg. antiphot. diſput. 1. §. 109. & ſeq. Incertitudinis atque ventorum inſtar circa λόγον Johannæum agitationis exemplum ſit Eniedinus, celebris ille V. & N. T. dictorum corruptor, qui haud veretur eam obſcuritatem Johannæo tribuere, ut dictorum ejus nulla ferè clauſula ſit, quæ multiplices & inter ſe diſſidentes interpretationes non habeat, quod ſi vero conſentaneum, qua ratione ſuam quam affert explicationem probavit? Quid autem tam clare dici poterit, ad quod à literali ac genuina interpretatione diſcedentes, quo cauſam malam tueri poſſint, effugia non inveniant? non ipſis ſcriptura loquitur, prout in ea per ſuos amanuēſes ſuam nobis aperuit voluntatē Deus illis ſcriptura nō eſt norma, ſecundum quam incedere debeant, verum illi pravis opinionibus occupati ſcripturæ ſenſum judicii normam faciunt, atque utut clarè ſatis quid dicatur, ſin cauſæ obſtaculo ſit gloſſa quadam corrumpendum eſt, vel ſole clarius oraculum divinum.

Meiſner. Anthrop. diſp. XXV. quæſt. 2. theſ. 15.

pag. 138.

§. 20. Nunc auſpicaturi dogmata recenſere, quibus negatis aut in dubium vocatis, atheiſmus hujus ſeculi floreſcentis, & undiquaque ſeſe extendentis promovetur obſervandum eſt eorum nonnulla planè atheiſmum indirectum ſapere, ex quo facilis ad directum prolapſus, alia autem viam ad eum ſternere & quidem quædam proximiore, quædam remotiore conſequentia, de quo poſteriori tamen vix vel pauca dicemus, quod longè petæ conſequentiæ haud parum obſcuritatis ſecum involvant. Ubi & hoc notandum atque præmonendum velimus, nobis haud animi eſſe, articulos fidei Chriſtianæ, quas allegavimus & qui à Photinianis negantur, ſeu etiam in dubium trahuntur ex ſacris voluminibus tueri & ab exceptionibus eorum vindicare, niſi quantum diſſertationis hujus ratio requirat, ſed potius periculum atq; quem ſortiantur, negati à Photinianis exitum, nempè atheiſmum indirectum & directum indicare. Et quidem ut de

dogma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

dogmatibus atheis Socinianorum dicamus maximè conſpicitur in religions Chriſtianæ fundamento, quod ſibi, cumprimis ex hominum animis extirpandum in animum inducunt. θεμέλιον autem hoc fidei, noſtræ conſtitutivum Paulus declarat 1. Cor. 3. 11 θεμέλιον inquiens, ἄλλο οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸ κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, qui angularis lapis θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν Epheſ. 2. 20. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 6. Pſalm. 118. 22. quem locum Chriſtus ſibi convenire ad Matth. 21. 42. & Petrus Act. 4. 11. Lapides firmum ſuppeditant ædificio fundamentum Matth. 7. 24. ſic Chriſtus eſt immotum fundamentum Eccleſiæ contra inferorum portas eam ſuſtentans Matth. 16. 18 Eſt autem Chriſtus fundamentum, quia unus eſt mediator Dei & hominum 1. Timoth. 2. 5. quia ipſe unica via ad ſalutis poſſeſſionem, & etiam ipſa ſalus ſeu vita Joh. 14. 6. qui enim filium habet, vitam habet, qui non habet filium, vitam non habet, 1. Joh. 5. 10. 12. qui autem filium non agnoſcit ſed negat, patrem non habet, & Antichriſtus eſt qui patrem & filium negat 1 Joh. 2. 22. 23. Fundamenrum ergo ſalutis noſtræ Chriſtus eſt, utpote, gratiæ ſalutiferæ fons atque origo διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως Rom. 3 v. 24. patri etiam placuit ſalvare omnes, qui hoc ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστοῦ αἵματι reciperent.

Tract. 2. in Evang. Ioh. Fundamentum hoc unicum agnoſcit Eccleſia Chriſtiana conſtanter Oportet enim θεμέλιον ſalvum eſſe, hinc Auguſtinus fundamentum Chriſtus & primum & maximum & quo ulterius nihil eſt. Hinc certa fidei forma ipſis erat, ut Hilarius dicit, gentes

lib. 2. de Trinit. baptizandas eſſe in nomine Patris, Filij & Spiritus S. oportet enim nos baptizari ſicut accepimus, credere verò ſicut baptizamur, colere vero & glorificare, ut credidimus Patrem & Filium & Sp.

Epiſt. 78. S. teſte Baſilio magno. Neque hoc, ſolum fidei norma erat tres perſonas eſſe ὁμοουσίους ſibi invicem, verum & ex his Filium hominem factum atque pro peccatis noſtris λύτρον perſolviſſe, ita ut juſtificatio ac ſalus ex hujus obedientia Patri ad mortem uſque præſtita unicè dependeret. Hoc quippe totius Chriſtianiſmi fundamentum, quo ſublato totum collabaſcit ædificium. Chriſto enim à quo dulciſſimum hoc nomen ſortiti ac per quem in filios Dei Patris adoptati ſumus honore dignitate & merito ſpoliato, ruinam patitur fidei noſtræ ὑπόστασις, imo univerſus Chriſtianiſ-

mus

mus in turpiſſimam idololatriam conjicitur, ſi Chriſtus Deus non eſt uti pater. Sanè quum extra Chriſtum non ſit ſalus, ejus ignorantia damnationem inducit, quanto magis, ut reſtauratorem ac redemptorem blaſphema impugnatio?

§. 21. Diſpiciendum autem nunc, quomodo Neo-photiniani hoc Chriſtianiſmi fundamentum per ſua dogmata ſublatum eant. Dubium namque animo ſuboriri poſſet, quod Chriſtum hunc ſummis laudibus evehant, confiteantur Deum divino cultu proſequendum & adorandum, angelis multo ſuperiorem, & Verum Deum atque dominum, non nomine ſed re ipſa, imo naturalem Dei filium. Aſt quid linguæ confeſſio abſque cordis conceſſione? ὅμοια λαλοῦσιν ἀνόμοια φρονοῦσιν. Curcellæus eorum confeſſionem, quam anno 1651. ediderunt, proteſtantium confeſſioni maximè accedere dicit, ſi Trinitatis dogma exceperis, imo & in hoc capite ſicut & de mortis Chriſti efficacia, multo propius ad eas, quam aliæ, antea à Socinianis editæ, accedit, imo nihil prorſus ad ſalutẽ neceſſarium in ea omiſſum cenſet diſſert. ad verſ. Mareſ. I. pag. 241 quo ſatis animum Socinianis addictum oſtendit, probare etiam haud poterit. Et quamvis ſpeciem veri præ ſe ferant eorum verba, larvâ detecta tamen apparebunt monſtra potius, quæ in locum myſteriorum ſubſtituunt. Haud enim, utut eadem Scripturæ verba uſurpant cum orthodoxis, ſecundũ eundem ſenſum accipiunt, quod ex aliis ſcriptorum eorum locis liquet, quibus Chriſtum ideo Deum verum appellant, quod magnam habeat ab uno illo Deo potentiam, vel alio quodam modo Deitatis unici illius Dei particeps ſit. Dicunt, quamvis Chriſtum ab æterno ex ſubſtantia patris generatum & Sp. S. perſonam eſſe non concedant, nihilominus tamen propterea divinitatem Filii & Spiritus S. non negari, quippè qui divinitatem hanc ratione qualitatum ſeu potentiæ, gloriæ à Deo acceptæ definiunt. Filii Divinitati autem adjungimus Spiritus Sancti perſonalitatem, ac conſequenter myſterium Trinitatis, quod blaſphemo ore impugnant Sociniani, interq; eos Theodoſius Schimberg dogma ex imo orco per filium perditionis virtute Satanæ Eccleſiis gentium obtruſum vocat. Plura ejuſmodi afferrem, niſi ſatis eorum ſententia eſſet cognita, proinde ex hiſce Atheiſmi reos convincemus rationi-

Catech. Racov. p. 39. 64 Oſterod. inſtit. p. 8. Socin. contra Wuick. cap. 6. Smalc. in exam. erro.

Oſterod. & Voidov. Apolog. adverſ. præpot. Ordin. Belg.

in præfat. refut. Carolii pręmiſſæ.

tionibus haud quidem per explicitos ſyllogiſmos aut ut vocant in forma; nauſeā quippè Lectori moveret, ſi ubiq; nil niſi expliciti ſylogiſmi legerētur; quod medio termino percepto facili negotio informales ſyllogiſmos deduci poſſit ſententia. primam a. rationū deſumimus ex negato vero Deo fidei noſtræ objecto primario, cujus cognitio abſolutè neceſſaria eſt, tum ratione mandati, tum medii ad ſalutem perveniendi. Verum Deum Socinianos negare ita probamus, quod eſſentiæ unitatem concipiant citra ullam communicationem ejus inter Patrem Filium & Sp. S. quam tamen filius Dei revelavit, qua revelatione haud opus fuiſſet, ſi nulla facta fuiſſet cōmunio eſſentiæ, quum intellectus humanus per aſcenſionē à rebus creatis hanc eſſentiæ unitatē aliquo modo apprehendere poſſit, quæ tamen eſt pars fidei ſalvificæ. Revelavit autem filius, qui in ſinu Patris exiſtit, hanc communicationem ſe ἴσον τῷ Θεῷ faciendo Johan. 5. 18. terminando etiam in ſe eandem fidem, quam in ejus patrem concipimus. Joh. 14. 1. in quo igitur natura ſe diſcrevit à Patre, qui non & diſcrevit in honore? uniens ſe fidei Dei & naturæ ejus ſe univit, cum memorato Deo in quem credi oporteret & in ſe docuerit eſſe credendum: Deum ſe per id docens, cum in eum credendum ſit ab his, qui in Deum credant. Spiritus S. non minus divinitas quam ſubſiſtentia perſonalis etiam eſt evidens ex Matth. 28. 19. 2. Corinth. 13. aliiſq; locis. Verum ut ſuperius indicavimus, præſupponimus nonnihil hujus dogmatis veritatem ex ſacris voluminibus & antiquitatis conſenſu demonſtratam. Altera noſtra ratio petitur ex inæqualitate cultus, quo Chriſtum ac Deum Patrem proſequuntur. Etenim ut Chriſtus ipſe Joh. 5. v. 23. dicit, quod omnes honorare debeant filium καθὼς patrem: ubi notanda Cyrilli lib. 2. in Johan. cap. 41. egregia expoſitio, qua dicit per vocabulum καθὼς de rebus ejuſdem naturæ ultimam ſimilitudinem imo identitatem & æqualitatem denotari: ſic ergo Deum non adorant ut Patrem Filium & Spiritum S. eodemque cultu, verum ut Samaritani, cum ignorantia filii & Sp. S. Joh. 4. 22. 23. illi non adorant in Spiritu & veritate. Cultus ergo ille filii, qui non idem, qui patris ejuſdem majeſtatis ac dignitatis ratione, fictus atque excogitatus eſt, qui autem nō verè credunt de filio, nec verum cultum exhibent, hi ſunt

Hülſem. brev. ſuppl. cap. 2. §. 1.

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

qui filium negant, ſunt ergo χωρὶς χειςῦ, atq; hoc ipſo athei, ſunt abſque patre, atque ſic vero Deo carent 1. Joh. 2.23. Joh. 4.22 23. quia igitur Anti Trinitarii non colunt filium & Sp. S. tanquam verum Deum eſſentia cum patre unum, ut que ab ἀσέβεια, irreligioſitate, & atheiſmo excuſari non poſſunt. dicimus cum Voetio diſput. de utilit. & neceſſit. dog. de SS. Trin. pag. 473. Neque quicquam hic Socinianorum objectio valet quæ filii cultum non rejiciunt, imo Chriſtum merito invocari poſſe ac invocatum fuiſſe, quamvis id facere nō teneamur, dicente Socino reſponſ. ad defenſ. Franciſc. Davidis. Quum in eo potius turpiſſimam committant idololatriam, divinum cultum exhibentes ei, quem tamen ſupremum univerſi conditorē & natura Deum negant. Quum enim adoratio nulli, niſi ſummo Deo, competat Devt. 6.13. Matth. 4.10. Eſa. 42.8. quomodo hic gentilem atheiſmum reducant de Chriſto Seni Deo ſubordinato, dependenti, inferiori, facto non quidem loco Dei, ſed una cum Deo colendo facilè patet.

conf. ejus epiſtol. ad ſparcialupium.

Tertia ratio eſt quod hujus myſterii & inde dependentis incarnationis filii Dei confeſſione & fide à Judæis, Mahumedanis diſcriminentur Chriſtiani, qui Judæi & Mahumedani cum gentilibus ἄθεοι indirecte, appellantur, quod χωρὶς χειςῦ atque alieni à vera Eccleſia exiſtant. Socinianis autem eadem negantibus, quin idem titulus attribuendus ſit, extra dubium eſt. Agnoſ unt ipſimet Neo-Photiniani articulum hunc eſſe diſcretivum atque fidei noſtræ fundamentum, prout etiam ex eo Chriſti redemptio cognoſcitur Oſterod. cont. Syndicum Auguſt. Tradel. p. 208. & in Inſtit. cap. 4. Suſpectum autem ipſis videtur, quod non expreſſis verbis ac terminis terminātibus, ut loquuntur, quibus ab Eccleſia Chriſtiana profertur, conſignatum ſit, quibus conſideranda proponimus exempla dogmatum plurimorum quę ipſis ad credendum creditu neceſſaria ſunt, neq; tamen expreſſis ac conſum atis verbis in ſcriptura habentur. Notam hanc diſcretivam rejicientes Sociniani hoc pacto prædictis Eccleſiæ hoſtibus ſe aſſociant, eorumque Atheiſmi ſeſe participes reddunt. Quarta ratio eſt ex ea nempè cognitione, quam de Deo neceſſariā Sociniani arbitrantur, quippè gentilibus & Muſulmannis quoq; eſt ea. Teſtatur hoc catecheſis eorum, quæ de cognitione Dei cap. 1. quærens, quæ ad

eſſentiam Dei pertineant ad ſalutem prorſus creditu neceſſaria, hanc ſubjicit reſponſionem: quod Deus ſit, quod ſit tantum unus, quod æternus, quod perfectè juſtus, perfectè ſapiens & perfectè potens: quæ Judæi, Mahumetiſtæ, atque gentiles ſapientiores quoque duce naturalis luminis credunt. Cicero certè quum plura numeraſſet, ex quibus Dei cognitio hauriri poſſet, cõcludit, hæc & alia innumera, cum cernimus, poſſumusne dubitare, quin his præſit aliquis effector atq; gubernator? Ex quibus poſitis colligendum eſt extra Chriſtianorum numerum ſe ponere Socinianos, plura non admittenda de Deo ad ſalutem ſcitu neceſſaria, quam natura prælucente credimus, qui autem extra cælum Chriſtiani populi indirecti atheiſmi inſimulandi ſunt. Ultimam rationem ſibi vendicat conſenſus Eccleſiæ orthodoxæ omnium ſeculorum inde à Chriſto nato ad noſtra uſque tempora qui hoc myſterium, ut Elmenhorſtius ad Gennad. Maſſilienſ. notat, communis regulæ & fundamenti inſtar hæreſibus oppoſuerunt, ac negantibus hoc ſublime dogma Chriſtianorum nomen denegarunt. Hoc deduxêre Voetius diſput. de neceſſit. & util. dog. de SS. Trinit. Elmenhorſt. cit. loco: Et Parker. de deſcr. ad mſ. lib. 4.

pag. 492. & ſeq.

§. 22. Sanctiſſimum quoq; illud redemptionis noſtræ myſterium, ut unicum ſalutis ac gratiæ medicinalis fontem conſiderabimus, quod itidem ad Trinitatis articulum refertur, negãt autem illud Photiniani ob negatam divinitatem Chriſti. In confeſſo autem eſt apud omnes, qui Chriſtiano nomine gaudent, in eo maximum Chriſtianorum ſolatium poſitum & totum Chriſtianiſmum fundatum eſſe, hoc quum inficias eunt Sociniani, totius Chriſtianiſmi jugulum petunt, ſummam fidei Chriſtianæ convellunt, eoſque Doctores Chriſtianorum nomine & cœtu indignos, Hülſem. pronuntiat ex Galat. 5. 4. Quem ſibi Servatorem fingunt Photiniani non verus, ſed exemplaris tantum eſt, ut qui ſalutis viam nuntiaverit, confirmaverit & in ſua ipſius perſona tum vitæ exemplo, tum ex morte reſurgendo manifeſtè ſalutem oſtenderit, vitamque æternam ipſi fidem habentibus daturus ſit, divinæ autem juſtitiæ, per quam peccatores damnari meremur, pro peccatis noſtris neque illum ſatis feciſſe, neque ut ſatisfie-

brev. cap. 11. §. 7.

ret

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

ret opus fuiſſe, quæ ſunt impia impii illius Socini verba in princ. conf. Oſte-
libr. de Privat. unde & Gittichius dogma de ſatisfactione Chriſti rad. Inſtit.
horrendam in Deum blaſphemiam appellat. Quamvis autem & Germ. c. 36.
hic Sac. Scripturæ phraſes uſurpent, quod conſpicitur in Socini
prælect. Theol. cap. 10. ubi dicit ex Joh. 1. c. 3. v. 8. Filium Dei merito
apparuiſſe, ut diſſolveret opera Diaboli, id eſt, peccatorũ reatum
ipſaque peccata tolleret; ſatis interim ſignificat cap. XXI. earun-
dem prælect. quomodo portaverit noſtras iniquitates & deſtru-
xerit opera Diaboli effundendo ſanguinem victimalem non aut
ut Paulus Epheſ. 5. 2. loquitur, pro nobis προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ
Θεῷ obtulerit, ſed quatenus ſaltem iræ divinæ hoc eſt ſuppliciis
peccatis conſtitutis effugiendi per proprii ſanguinis effuſionem
oſtenderit ac confirmarit. Quæ omnia nudo homini competere
poſſunt, tum etiam abſque interveniente illa ignominioſiſſima
morte peragi. Quomodo hæc Atheiſmum reſipiant facilè li-
quet. Qui enim χωρὶς Χριστοῦ ille eſt atheus indirectus, ſin, Chriſto Eph. 2. 11, 13.
autem eſt, qui non propinquus eſt factus per ſanguinem Chriſti Gal. 3. Rom.
neque reconciliati hi ſunt ἐλπίδα ἔχοντες, ſed ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς 3. 25.
ἐπαγγελίας, ſunt adhuc ſub maledictione legis, ſub ſervitute pec- Apoc. 5. 9.
cati, Chriſtus ipſis non eſt ἱλαστήριον καὶ μεσίτης morte interceden-
te ut Apoſt. loquitur Hebr. 9. 14 15. Officium mediatorium in
ſanguinis effuſione conſiſtit, Luc. 24. 25. Matth. 5. Denique con-
ſentiunt in hoc omnes Socinianorum Antagoniſtæ, articulo hoc
ſublato totũ corruere Chriſtianiſmum; Calixtus dicit, hoc quia deſid. conc.
negant, nempè filium patri ὁμοούσιον, & hominem factum pro pec- Eccleſ. §. 3.
catis noſtris ſatisfeciſſe, Chriſtianam fidem & religionem planè
evertunt. Neo-photiniani & Sociniani, ad quos propè accedunt
Anabaptiſtæ in tot ſectas diviſi, ut diſtinctè enumerare difficilè
ſit; cui adſtipulantur Meiſnerus, Stegmannus & alii. Non ita-
que audiendi ſunt Arminiani, (qui videant, quomodo Sociria-
niſmo hac ratione non faveant, cum periculum immineat ſum-
mum) qui arbitrantur hanc impiam Socini doctrinam tolerari
poſſe. Plures quidem modos conjungunt, quibus Salvator Chri-
ſtus ſit, nempe merito & efficacia præconio & exemplo prius
quidem à non ad palatum Socinianorum, neutiquam tamen in
quo modorum iſtorum ratio formalis cur Chriſtus noſter ſit Sal-
vator, conſiſtat, definiunt imo hoc faſtidiunt ceu λεπτολογίας Aca-

demicas, neque ullam vel rationem vel regulam urgere, ut in uno actu conſtituatur, ſpecifica forma officii Salvatoris, ajunt. Quo in à vero utiq; aberrat. Etenim Scriptura ſatis clarè proponit qua ratione ſit noſtra juſtitia & vita, quatenus nempè eſt exaltatus in crucem Joh. 12. 12 & ut granum in terram decidens ac computreſcens fructum profert multum & quatenus livore ſuo nos ſanat Eſai. 53. 5. Quod expreſsè ſatis Apoſt. Rom. 5. 18. & 19. exprimit, διὰ τῆς ὑπακοῆς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. Ratio igitur formalis conſiſtit in obedientia atque paſſione patri ad mortem uſque præſtita; Dum igitur adhuc ſunt à Deo abalienati atque extra Chriſtum indirecti atheiſmi rei fiunt. Per hos homines Evangelium non eſt myſteriũ, neq; Chriſtiana religio circa myſteria verſatur, proinde iis ſublatis, ut de incarnatione filii Dei, Trinitatis dogmate, & ſatisfactione pro nobis, quæ ſanè ὁμολογουμένως magna pietatis myſteria, ipſis autem dogmata monſtroſiſſima & opinationes indignæ, quæ in vera Chriſti Eccleſia locum habeant, ne dum ut fundamenta ſalutis ea cenſeant, iis autem remotis, quæ alia introducitur religio, quam quæ corrupta noſtra ſuppeditat ratio, gentilis nempè, ac nulla fermè?

1. Tim. 3. 16.

§. 23. Et quamvis circa humanam Chriſti naturam errare non videantur, nobis tamen longè aliud videtur, quam noſtram opinionem Oſterodi verba comprobant quibus Chriſtum nudum purum & ſolum hominũ eſſe negat, ſed aliquid amplius quam cæteri homines, præſertim ab eo tempore, quo Deus pater ipſum propter obedientiam præſtitam exaltavit, ita ut jam reliquis hominibus opponi poſſit, non ſecus ac ſi ille homo amplius non eſſet, quæ ſanè ejus naturam humanam everſam velint verba dubitare vix poterit. Etſi enim glorioſo corpore poſt reſurrectionem extiterit, atque nunc in cœlis exiſtat, nullatenus tamen per id reliquis hominibus opponi poteſt, ut non amplius ſit homo. Quicquid autem ſit, pluribus hoc perſequi deſiſtimus id ſaltem noſtro ſcopo inſervire poteſt, quod Chriſto non tam quoad naturam divinam & humanam, quam officium mediatorium negato, religionis noſtrę fundamentũ evertatur, quo everſo atheiſmus indirectus non poteſt non ſequi, ut aliam ſibi colendi Deum eligant rationem.

Inſtitut. pag. 8.

§. 24. Ve-

§. 24. Verum neque hic eorum atheiſmus circa Trinitatis myſterium ſingulariter quoad alteram perſonam Filium ut incarnatum & pro nobis mortuum conſideratum, ceſſat, ſed Dei quoque attributa maximè vellicant, ea partim negando ut juſtitiam eſſentialem, omniſcientiam, omnipotentiam, miſericordiam etiam eſſe proprietatem Dei eſſentialem, partim & immenſitatem eſſe eſſentialem, partim ea perperam deſcribendo ut æternitatem ac ſpiritualitatem. Hæc autē qui negat, aut non, prout ſcriptura ſuppeditat, credit, per conſequens ipſum Deum dicitur abnegare. Quod autem hæc faciant Neo-Photiniani videre licet apud Himmel. in Colleg. Anti-photin. diſp. 3. §. 85. & ſeq. neque eorum verba allegare ſtudium brevitatis permittit, ob oculos ſaltem ponimus periculum ad atheiſmum quem declinare nullus non ſub jacturæ æterni exitii obligatus eſt & tenetur.

§. 25. Ad alia progredi animus erat, ni paucis Gregorius de Valentia ſubſiſtendum adigeret, namque lib. 1. de Trinit. cap. 7. ex Luthero & Melanchtone veram Chriſti divinitatem negari, probare conatur & ubiquitarios, ut calumnioſè appellat, Lutheranos Servetianos eſſe, quem in numerum & ipſos Calvinianos refert. Fecit etiam hoc Bellarm. Photinianæ hæreſeos ſive Arrianæ notam inurere deſiderans; ac eaſdem rationes, quas Jeſuita Ingolſtadienſis proponit, ita ut alter ab altero mutuatus fuerit. Quis autem non videt inde inſaniam an malitiam dicam hominum, qupipè qui non tantum à ſuis quam plurimis melius edocti, conf. Harm. Fabricii à D. Menz. in Exegeſ. Auguſt. conf. allegatam & plures alios, verum etiam ex publicis noſtris libris ſymbolicis, quibus Nicænum recipimus concilium Arium condemnans. Rationes denique adeo elumbes, ut reſponſionem vix mereantur. Quod enim de odio B. Lutheri erga vocabulum ὁμοούσιος proferunt, ac ſi propterea rem ipſam negaret; aperta calumnia eſt. Lutherus enim apertè eo in loco dicit, modo rem teneam, quæ in concilio, per ſcripturas definita eſt, quis me coget eo uti vocabulo, propterea ſanè non ero hæreticus. Optimè ſanè, ſceleratum quippè eſſe in verbis alicujus hæreſin quærere cum noris ſenſum illius eſſe ſanum, ut Hieronymus dicitur locutus, neque prædicant verba, ubi ſenſus incolumis permanet.

Præfat. in lib. de Chriſto. in judic. de formul. concord.

epiſt. ad Latomum.

Vigil. lib. 4. init.

Neque

Neque ipſe Athanaſius vult adverſus eos ut adverſarios agi, qui omnia alia fidei Nicænæ reciperent, de ſolo autem ὁμούσιον ambigebant. Reliqua etiam hic excutienda eſſent, ni excreſcerent pagellæ, alio proinde tempori reſervabimus.

de Synod. Arim. & Seleuc.

§. 26. Conſideratum inſtitutionis fidei noſtræ fundamentum excipit cognitionis principium, quod eſt Scriptura ſacra, quam fundamentum ipſe Apoſt. Paulus 2. Eph. v. 20. vocat, quo neglecto aut alio admiſſo ſalus æterna perit, cum qui non permanet in doctrina Chriſti Deum non habeat. Fundamentum hoc ſalutiferæ cognitionis variis modis corrumpũt & deſtruunt. Aliud enim principium ponunt nihil credendo atque recipiendo in rebus ad ſalutem & religionem pertinentibus quod rationi ſit cõtrarium, imo ratio ipſa religio eſt ut Smalc. adverſ. Frantz. loquitur. Inde & ſumma myſteria, quæ dependent quoad entitatem ſuam & modum à revelatione filii Dei rejiciunt, quum ea ut animales homines nõ percipiant, ſtultitia enim ipſis ſunt, negant proinde, veros fidei articulos ea myſteria eſſe, quin potius in rei veritate horrẽda & blaſphema dogmata, vel apertis Scriptura proferret dogma aliquod verbis & ſatis perſpicuis, ſin tamẽ ratio repugnat admittendũ inficiantur. Satis hoc ſignificante Socino, qui dogma de ſatisfactione ſi vel clariſſimis verbis in Scriptura teſtatum reperiretur, ſic tamen rem ſe habere ipſis compertum haud eſſe propterea negat. Metiuntur hi homines majeſtatem divinam ſecundum eorum rationis in iis myſteriis cæcutientis decempedam, neque ut Apoſt. monet Deo veraci revelatori ſubjiciunt & ſub obedientiam fidei conſtringunt, cuncta prius cognoſcere allaborant quam credere non contenti, τὸ ὅτι, ſtudio majori τὸ διότι inveſtigare conantur, quamvis noſtra cognitio non ſit in hoc mundo comprehenſiva adæquale, ſed per ſpeculum. Sanè æquo rerum æſtimatori & qui libere hæc perpendit, animis conſiderandum proponimus anne maxima eaque potiſſima religionis Chriſtianæ pars tot ſeculis approbatæ hoc modo conculcetur, abjiciatur, negetur, Gentiles Mahumedani pari paſſu ambulabant cum Chriſtianis, vitæque æternæ hæreditate minus excludendi ſunt, qua ratione Atheiſmus maximum ponit incrementum. Nos non ignoramus plures ex ipſis illud ipſum,

lib. 3. de Servat. cap. 2.

diver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

diverſum nempè religionis principium quod ponant rationis di-
ctamen inficias iturum, ſed in hoc ipſo ſibimet ipſis cōtradicunt,
neque conceſſuros puto, quod meliora haud credant, quam præ-
dicti Chriſtianiſmi hoſtes ; tum ipſorum hypotheſibus poſitis
conſectarium hoc non ſequi, quin potius nos blaſphemarum do-
ctrinarum, quæ ex tyrannide papali originem traxerunt, accuſa-
turos, deniq; quod illi nobis ſunt, nos illis eſſe. Nos injuriam di-
vinæ generationi illos facere certi ſumus, quod minorem patre
filium dicunt, illi nos injurioſos patri exiſtimant, veritas apud
nos eſt, ſed illi apud ſe eſſe præſumunt, honos Dei apud nos eſt,
ſed illi hoc arbitrātur honorem divinitatis, quod credunt, quam-
vis non habeant rectam fidem, illi tamen perfectam hoc Dei æſti-
mant charitatem, ut de Arrianis Salvianus loquitur lib. 5. de gu-
bernat. Dei, quem etiam Epiſcop. Theol Remonſtr. allegat pro
hac ſententia. Aſt coccyſmus omnium fermè hæreticorum eſt, di-
centium ſe contra conſcientiā minus errare, imo melius eruditi
erroneam remoturos opinionem. Etenim hoc nō ex eorum con-
ſcientia eliciendum, neque illi hic ſint, ut rei indices, ſed ſacra
oracula, non prout hinc inde varie ab eis depravantur ad errores
palliandos, verum ut verborum conceptus naturalis ac genui-
nus, quoad fidei analogia non obſtat, infert Hac promiſcua reli-
gione admiſſa, quod non contra conſcienriam peccent, Atheiſ-
mus dominabitur, qui eo magis per fundamentum rationisSoci-
nianorum creſcit, imo Atheos indirectos reddit.

§. 27. Inter ea autem, quæ quidem ad atheiſmum viam
præparāt, referimus quæ de Sacris voluminib. docent Sociniani,
Autores ejus Scriptores θεοπνεύστους non ſolum potentiam errandi
in ſcribendo habuiſſe volunt, ſed ipſum actum, majoremque co-
gnitionem rerum ſpiritualium uni tribuunt, quā alteri proinde
multum diversè alium ab alio ſcripſiſſe, prout hinc inde Socinus
lib. de Scripturæ autor: aſſerit, cujus libri editio varia extitit.
Steinfurti enim non à Vorſtio tantum typis excuſus, ac Racoviæ
à Socinianis, verum etiam Hiſpali 1598. ſub nomine cujuſdam Je-
ſuitæ Dominici Lopetus, perſonatus an verus Jeſuita haud conſtat
nobis, quam uterque & Socino addictus ac ex Jeſuitarum turba
ſcripturæ autoritatem in plurimis proculcent. Ulterius & qui-

dem Chriſtus ipſe Smalcio ita locutus eſt, ut & hoc & illo modo verba ejus intelligi poſſent. Mos enim Chriſti eſſe ſuis ſermonibus impios intricare Melius ſanè antiquus Eccleſiæ Doctor Hilarius de Chriſti ſermonibus judicavit, quanta, inquiens potuit Dominus verborum ſimplicitate Evangelicam fidem locutus eſt & in tantum ad intelligentiam noſtram ſermones aptavit, in quantum naturæ noſtræ ferret infirmitas: non tamen ut quicquam minus dignum naturæ ſuæ majeſtate loqueretur. Ea Ante Smalcium Enjedinus maximè de obſcuritate Johannea conqueſtus eſt, quæ namque in priori capite habentur de filii Dei divinitate pro tenuiſſimis conjecturis & locis obſcuriſſimis habet, quem puto ſecutum prædictum Smalcium in vindiciis Franz. appoſitis, ubi dicit ordinariam Dei voluntatem non ex Ezechielis prophetia eſſe petendam. Atheiſmum hæc ſtabiliunt, quia ſi in aliquibus Spiritus S. amanuenſes ſuos non perduxit in omnem veritatem (quæ univerſalis particula quicquid ſpeciem falſi præ ſe fert, tollit;) de reliquis certa ac immota fides perſiſtere nequit. Athei enim hoc adverſus Chriſtianam fidem utuntur, inter illos quoque, qui Chriſtiano titulo inſigniri cupiunt, reperiri, qui Scriptoribus ſacris errores tribuerunt atque lapſus, adeo etiam obſcuris verbis mentem invaluiſſe ut inde veritas erui vix poſſit; qui ergo ſartam & tectam cupit fidem Chriſtianam, neceſſe eſt, concedere firmiterque credere quæ à Sacris Scriptoribus ſcripta extant certiſſima atque ab omni falſitate non ſolum ea quæ mentiendo promitur, quam ea etiam, quæ ab obliviſcendo aliena eſſe ſecus ſi fecerit, ut dictum, fidem Chriſtianam Atheis proſtituit.

disp. 3. cont. Frantz.

de Trinit. lib. 9.

§. 28. Ac ſanè quodnam damnum per hos homines patiatur Scriptura, Sac. religioque Chriſtiana riſui exponatur irriſoribus Atheis librorum nonnullorum, imo totius Veteris Teſt. à ſalutis negotio externis nato probat, hujus V.T. Lectionem minus neceſſariam, imo parum curandam dicunt; certitudine ſua hinc deſtruitur Nov. Teſt utpote in quo nihil, quod non in Prophetarum & aliorum Vet. T. ſcriptorum libris contineatur. Eccleſiaſticis præclara dicta haud majoris æſtimat valoris atque obligationis quam alterius cujuſvis ſapientis: Enjedinus ſuſpectam conatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

matur reddere authoritatem Epiſt. ad Hebr. ſeptem argumentis, quæ quidem ex ſua non profert opinione, ſed aliorum, ea tamen ſilentio ſuo, quod erronea nō ſint, approbare videtur. Imitati ſunt proavum Samoſatenum Pſalmos Davidis planè rejicientē ac ſua excogitata cantica eorum loco ſubſtituentem, ut epiſtol. quædam concilii Antiocheni apud Euſeb. lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 25. perhibet, quod & Anabaptiſtæ faciunt ſecundum Sixtum ſenenſ Bibl. lib. 8. hæreſ. 5. Everſa autē unius libri canonici autoritate eaq; ſuſpecta ſaltem reddita, facili negotio per adverſarios Atheos reliqui idem ſubibunt fatum, quum inter ejuſmodi homines nihil adeo firmum, certum ac indubitatum, quod non per ipſos quandam ſuſcipiat dubitationem. Quum igitur variis modis divinam ſcripturam traducāt, rationes enim probabiles tantum afferunt, quibus ejus authoritatem defendunt partialem tantum normam atq; regulam conſtituunt verba immutāt, tranſponunt, & ſi quis liberis eorum perverſis opinionibus oppoſitus ſatis perſpicuus, in dubium vocant, ac ſi Veteres Codices eum non habeant, & quæ plura alia ſunt. Sic igitur cōſpicuum eſt, Atheiſmum per ea corroborari, utpote in hoc intentum, quo ſcripturæ divinitatem atque certitudinem elevet. Tum etiam alio principio poſito ut rationis dictamine, aut traditionibus, homines à ſcriptura abducātur, ad quam tamen Chriſtus & Apoſtoli nos ablegant & Prophetæ in V. T. Socinianis arridet Pighii defenſoris Concilii Trid. opinio, qua Scripturas dicit eſſe inſtar naſi cerei, qui ſicut horſum illorſumque facilè ſe trahi permittit, ita & illam flectunt, ducunt, trahunt Sociniani ad ſuas præconceptas opiniones, ut nihil certi ferè maneat.

§. 29. Nunc articulos fidei videbimus, quibus negatis viam pandunt Atheiſmo. Equidem providentiam divinam deſtruunt negata Dei προγνώσει & notitiâ in futuris contingentibus, quæ tamen eſt de ratione formali providentiæ Numinis. Hanc divinam cognitionem deſtruere allaborat Socinus prolixè Theolog. prælect. cap. 8 9. &c. cui quidem Crellius refragatur aliquam futurorum contingentium notitiam Deo tribuendo, ſed non determinatam, quia futuritio contingentium nobis hominibus per determinatam certitudinem non cognoſcitur, verum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

ut benè annotavit D. Hülſem. inſigni ἀσυλλογισία, dum noſtram cognitionem æquiparat Dei notitiæ, quum tamen noſtra cognitio in reſpectu infinitæ illius Numinis ſupremi inſcitia potius quam cognitio dicenda ſit. Quod ſi Ethnicis haud minus ἀθεότητος reus fuit qui providentiam, quam qui Deum negaret, quare per conſequentiam certam ac evidentem Socinũ & qui ipſum ſequuntur ab hoc vitio liberemus, utpote negantes quo ſine providentia cadit? Optimè B. Pater Auguſtinus confiteri Deum & negare præſcium futurorum apertiſſima inſania eſt. Ciceronem hac in re ſecutus eſt Socinus eandem prænotionem futurorum contingentium Dei negando atq; ſic circa ea providentiam divinam tollendo ſimul. Verum ſi objectum divinæ providentiæ non ſunt mala ex hominum voluntate dependẽtia priuſquam actu ſe exſerant, maxima ex parte divina tollitur providentia ſcientiaq; divina cum noſtra coincidit, neq; periculo caret ab Atheis ea etiã Dei ſubeſſe providentiæ negaturis, quæ extra ſuas cauſas exiſtunt, ſed potius vi naturæ aut fortuito fieri.

Lib. 1. de civ. Dei pag. 9.

lib. 2. de divinit.

§. 30. Animæ noſtræ ἀθανασία ejuſque poſt mortem ſtatus per Sociniana βδελύγματα evertuntur, & Atheiſmum maximè promovent. Lubricè admodum hic ſe gerunt præprimis Smalcius in vindiciis Frantzio oppoſitis & ipſe Fauſtus Socinus etiam epiſt. ad Volkel. 5. Nec tum mihi (diſputanti ſcil. adverſus Puccium) quid de quæſtione iſta, num anima immortalis ſtatuenda ſit planè exploratũ erat, quemadmodum nec hodiè quidem eſt. Statuit interim ibi animam haud ita ſubſiſtere poſt funera ut præmia ulla pœnaſvè ſentiat, vel etiam iſta ſentiendi ſit capax. Conqueruntur nonnunquam injuriam ipſis fieri, ſi dicamus, quod hominem quoad animam & quoad corpus mori aſſerant conf. Smalc. theſ. cont. Frantz. de ext. Indici: ſed, ut dictum, certi quid hic deprehendere vix licet. Nonnulli illorum totalem annihilationem invehere videntur, quod ex Oſterod. germ. inſtitut. cap. 41. colligitur, & animam immortalẽ quidem eſſe profiteantur, verum ratione reſuſcitationis in extremo judicio, (quomodo & corpus noſtrum etiam immortale dici poterit) ut idem Smalcius loquitur, cui quod aliqui poſt mortem vivere Deo dicantur, id non aliter accipiendum eſſe, quam eos olim ex mortuis reſuſcitatum

iri.

iri. Lubricum animum Smalcii oſtendunt etiam quæ de loco Eccleſ. 12. 7. profert, eo inquiens, tantum certo affirmari (quod tamen falſum) hominis animam poſt mortem ſuperſtitem eſſe, calumnia ergo ſe premi ſi contrarium de ſe dicatur. Quod ſanè mirum nobis eſt, Smalcium ex hoc loco ad aliquam poſt mortem animæ ſubſiſtentiam moveri, quum non hujus tamen loci, verum totius libri authoritatem parvi æſtimat Oſterodus. Socinus hanc annihilationē etiam approbat, diſiungens ſe ab iis, qui animam immortalem ſtatuunt, imo adverſus Puccium ad Deum redire ut omnes vitæ fontem, à quo reſtituenda ſit. Volkelius lib. 3. c. 11. dicit proprie loquendo animam nō eſſe immortalem, im̄ortalitatem enim eorū eſſe, quæ ipſamet actu vivunt, liber quoq. Socini ſtic⁹ de Apoſtaſia Chriſtianorū idiomate Belgico 1659 editus, quo in animam non eſſe immortalem aſſerunt. Quam totalem in cineres annihilationem hominis evincit etiam, quod de impiis à Deo non reſuſcitandis, ſtatuunt, Oſterodus certe aſſerit eos tantum Chriſtum liberaturū ex morte & inferno ſive ſtatu mortuorum, qui fuerunt verbi Chriſtiani. Ab his diſcedere videtur Smalcius cont Frantz aſſerens quidem animæ ſubſiſtentiam poſt mortem, verum quod neque gaudium neq; dolorem percipiat, inde & Triumphantem negat Eccleſiam. Quicquid autem ſit de ſumma in hoc articulo neceſſario credēdo incetitudine, omnes loca quæ animæ incorruptibilitatem adſtruunt gloſſis ac explicationibus detortis depravant. Aſt quid inde quam Atheorum incrementum, qui in hoc maximè incumbunt, quo animam efficiant mortalem, ejuſdemque cum corpore conditionis: Quid Numen credimus? quare ejus providentiam amplectimur? ubi juſtitia vindicativa? vana eſt omnis ſpes atque fides omne ſolatium piis eripitur mentibus, Chriſtus & Apoſtolus falſi accuſantur, optimus impiorum ſtatus, miſerrimus piorum, uno verbo atheiſmus & Epicureiſmus implebunt univerſum orbem per hos homines. Vix vident, quæ publicè proferunt, contradictionem involvere. Etenim animam immortalem volunt Stegm. diſput 56. quæſt. 1. & tamen ſtatum ſeu interſtitiū quoddam aſſerunt, quo propria careat ſubſiſtentia. dormire enim nonnulli contendunt cum Anabaptiſtis ad diem judicii extremi, quæ ſanè quin ejus veram immortalitatem

diſp. cum Eraſm. Ioh. arg. 9.
diſp. de ſtat. prim. hominis ante lapſum. p. 79.
inſt. germ. cap. 42.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

litatem ſublatam atque convulſam velint non eſt dubium, ſed pluribus pertractare vix opus eſt, quia cui libet legenti ſatis appareat, conceſſo hoc dogmate apertis valvis intrudi atheiſmum. Et enim negata animæ immortalitate Deus ipſe negatur, quis namque Deus qui malefacta non puniret, & promiſſis gloriaque pios ornaret, deſtruunt hæc eſſentiam Numinis divini.

§. 51. Nec mediocriter Atheiſmi propagatores ſunt Sociniani per negatos infernalis cruciatus impiorum, neque verentur publicis propalare ſcriptis Deum impios, ſi ex morte in vitam revocat, de quo tamen multi ambigunt, & cum ipſis Diabolos æternum deleturum, atq; ſic in non ens negativum redacturum. ſcelerati enim homines prorſus perdentur, atq; æternæ morti adjudicabuntur, ut Paulus Socinus adverſ. Volanum refert fol. 106. cui Adde Smalc. de divin. Chriſt. cap. 24 Catech. Racov. cap. 5. & præ cæteris Georgium Crazerum in Catech. germ. Nullus ſanè gehennæ metus apud eos, quod indicat libellus, qui ex Socinianorum ſchola dicitur prodiiſſe in Anglia bona è cœlo nova nullum eſſe infernum. Scaturigo omnium malorum, imo everſio omnium Rerumpublicarum, ceſſatio à pœnitentia & converſione, eſt hoc impium dogma, imo vix aberit, quin in eam cogitationem plurimi veniant, nullum exiſtere Numen. Deus namque ſi eſt, neceſſe eſt ſceleratos puniat, quod quum in hac vita nonnunquam haud contingat, ratio quodammodo colligere poteſt Deum ſibi poſt hanc vitam reſervaſſe modum pænas irrogandi, quæ autem pœna in nihilum redactio? Silentio obtego clariſſimos Scripturæ textus, qui teſtantur ignis infernalis ſupplicium erga eos, qui ſunt contentioſi & veritati non obtemperant ſed in-
Rom. 2. 5. 6. & ſeq. juſtitiæ, ſuper eos enim ventura eſt indignatio & ira afflictio & anxietas eaque in æternum duratura Matth. 25. 41. Calidiſſimis votis optaret impiorum cohors hanc perpetuam in cineres redactionem & quo minus coram tribunali Jeſu Chriſti comparerent Ita ut Socinus propter hoc nefandum dogma infernum non eſſe dolores & cruciatus, ſeu, ut Oſterodus quidem vult non aliud quam mortuum eſſe ſeu ſtatum mortuorum, maximè vituperandus ſit, tantum abeſt, ut pietatis ſtudioſus præ cæteris in hoc præclaro lumine perſpiſſas & communes tenebras fabuloſi inferni &

infini-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

infinitæ damnationis hominibus reſtituendo appareat, quod Arminiano cuidam Dréderico Raphael Camphuyſen (juxta Voetiũ referentem) placuit: cujus de hoc articulo mens, quam reliquis Socinianis etiã eſſe arbitramur (quum liber, quem prædictus Arminianus edi curavit, Socinianus ſit) ex eo ſatis innoteſcit, dum papiſticum ac Ethnicum figmentũ appellat ſtatum damnatorum, atq; unum ex maximis impedimentis, quæ impediunt, ne Chriſtiana religio purgari poſſit à falſis dogmatis & peccatorũ pulvinaribus, qualia ſunt de merito & ſatisfactione Chriſti, de imputata juſtitia, impœnitentium impoſſibilitate & non neceſſitate Chriſtianæ obedientiæ. Aſt hæc ex Scripturæ ſac. luce ea, quæ afferuntur, facilitate refutari ac falſi redargui poſſunt, neque hic intermittendum reos Deum ſæpiſſimè eo, quod mẽdacio credant & iniquitati conſentiant, operationem erroris immittere, ut ſibimet ipſis exitium pariant dicente Petro de ψευδοδιδασκάλοις οἵτινες παρεισάγουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχυνὴν ἀπώλειαν; Quicquid religionis Chriſtianæ ſingulare ac diſtinctivum eſt à reliquis falſis colendi Deum modis prorſus abjiciunt, Athei fide & Epicuri de grege porci, gentilium potius quam Chriſtianorum arripientes Theologiam cuncta tenebris paparum attribuentes, ac ſi nullum veſtigium orthodoxæ Eccleſiæ vel ſub medio papatu extitiſſet, ſed portæ inferorum Eccleſiæ prævaluiſſent. Negantes itaq; Sociniani animæ ἀθανασίαν & loca Scripturæ eam confirmantia gloſſis ſuis pervertẽtes infernales itidem cruciatus quum inficiantur Atheiſmo viam ſternunt: ubi enim providentia divina, ſi non poſt mortem debita ſceleribus pœna extiterit? Ad Epicureiſmum potius quam Chriſtianam religionem hæc faciunt. Alia ἀθεολογικὰ taceo; quum extra omne dubium videatur ἑτεροδοξίαν hanc conſequi fructus peſſimos.

diſput. ſelect. p. 533.

§. 32. Præſidium quoque eripiunt Chriſtianis contra Atheos pugnantibus, dum notitias inſitas negant, ſynteresin & conſcientiam removent in probanda Numinis divini exiſtentia. Merſennus comment. in Geneſin, ubi præclara de Atheiſmo (ſecundum Voetium, nobis enim videre haud contigit) palmarium atque primum execrabilis Atheorum turbæ argumentum deducit

insinuat

inſinuat ex negatis notionibus menti humanæ naturaliter & ἀχωείςως impreſſis. Neque tamen hoc de omnibus Socini diſcipulis ἔμφυτον illam notitiam negari, Volckelius cum Crellio in Inſtit. lib. 1. cap 5. naturæ inſtinctum non injiciunt, quibus Smalcium adjungimus diſp 8. cont. Frantz. lucem naturæ & rectæ rationis igniculum flammæ iſtius ingentis revelationis eſſe aſſerentem à quibus recedunt Socinus prælect. Theol. c. 2. & Oſterodus inſtitut. cap. 1. & 7. qui haud verentur omnem naturalem de Deo cognitionem, tum eam, quam ſubjectivam ex Rom. 2. 15. tum objectivam ex Act. 17. 27. 28. Rom. 1. 19. 20. appellamus, nobis eripere. Ab iis profectus atheus non ad Deitatem credendam convincetur Sacros enim fontes rejicit, argumentaque ex ea deſumpta ſuſque deque habet, proinde utique ad ea argumenta confugiendum, quæ ex natura depromuntur. Infra gentiles ſe abjiciunt, à quibus meliora promanarunt Seneca dicit apud nos veritatis argumentum eſt aliquid omnibus videri, ſic Deos eſſe inter alia ſic colligimus, omnibus de Diis opinio inſita eſt, nec ulla gens uſque eſt adeo extra legem moreſque rejecta ut non aliquos Deos credat Cicer. omnibus innatum eſt & in animo quaſi inſculptum eſſe Deos. Quales ſint, varium eſt, eſſe, nemo negat, neq; Indus neque Celta neque Ægyptius eam cogitationem in animum induxit ac ſi nullus exiſteret Deus, verum hi Barbari contendunt & eſſe Deos & noſtri curam gerere, teſte Æliano. Τοῖς ἀρ[illegible]ις, quod aiunt, Athei hæc acceptant, quibus nihil magis curæ cordique quam totalem Numinis divini ἀναισθησίαν & τοῦ γνώσεως τοῦ Θεοῦ deletionem ſibi perſuadere, ſin modo intus conſcientiæ (quam animæ dotem appellat Tertullianus) ſtimulus ſceleris cæpti vel patrati comes indiviſus, qui ut thynnus rapidus percurrens æquora ſævit, ad propoſitum finem perveniendi viam non præcluderet. Quum igitur Atheorum turbam excreſcere reddat principium hoc probandi divinitatem negatum, merito rejicienda ſunt Socinianorum effugia quibus theſin συλάτλειν conantur: conf Junii refut. in Socin. prælect. c. 2. Jacobum ad portum adverſ. Oſterod. & alios.

[Margin: Epiſt. 117. — l. 2. de nat. Deor. — lib. 2. varia. hiſtor.]

§ 33. Paucis reſtat ut conſideremus hominis ſtatus, ex quibus cognoſci poterit, in cunctis fermè à Chriſtianorum conſtanti fidei deſciſcere, ita ut parum vel nihil ſibi vendicare queant in

quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

cum Chriſtianis conſpirent. Aliam juſtificandi rationem tradunt, noſtram hactenus creditam deſtruentes. Commentum enim ipſis eſt, damnantq; fidem in Chriſti meritum, quod tantum abeſt, ut agnoſcant, ut potius pro nugatoria fabula totum habeāt. Dependent autē hæc à negata imputatione lapſus Adamitici, morbo autem rejecto de remedio & medicinali gratia haud adeo ſoliciti ſunt, quin potius quod rationis eorum examini contra veniat annihilant Catech. Racov. p. 264 Negant proinde juſtificari nos per gratiam Chriſti ſanguine acquiſitam, negant juſtitiæ Chriſti imputationē, quam diſertis verbis execratur impius Socinus, ubi de Servat. Falſam ſubſtituunt regenerationis formā ac modum alteri orthodoxo planè contrarium, ita ut unā ex hiſce veriſſimam eſſe neceſſe ſit, vel cum Apoſtolo, quē nos merito ſequimur διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὃν προέθετο Θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν αὐτοῦ τῷ αἵματι Rom. 3. 24. 25. & Rom. 5. 9. δικαιωθέντες ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ σωθησόμεθα δι᾽ αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. vel abſq; intervenięte, λύτρῳ ex bene placito Dei Patris & noſtra obedientia Moſi & Chriſti præceptis præſtita, quod Sociniani contendunt, quibus ſi intuitu Dei Patris ſanguis Chriſti veniat, ad juſtificationem tamen non per ſe pertinet, ſed per accidens, quatenus ſcil. nemo à Deo per Chriſtum juſtificatur, niſi jam in nullo peccato hæreat ac maneat, ut Socinus tract. de juſtit. loquitur. Hanc Socinianorum doctrinam de juſtificatione tātum abeſt, ut cum Orthodoxis conſpiret quoad ſummam rei ſecundum Remonſtrantiū Apologiam & propterea Socinum ab unitate Eccleſiæ non eſſe excludendum, pag. 114. & ut potius cum B. Hülſem dicamus ſummam fidei convellere Gal. 107. 5. 4 ejuſque propugnatores Chriſtianorum nomine & cætu indignos ex v. 7. & 9. Surripiunt etiam omne ſolatium Chriſtianis atque ad deſperationem potius adigunt, quippè denegāt lapſis gratiam reſtitutionis peccatoribus, qui ſe graviſſimis peccatis deſtinato animo polluerūt, ut adulterio, homicidio ordinariam viam conſequendi veniā etiam denegant, neq; remitti poſſe, niſi ex ſuperveniente nova ſingulari gratia extra novum fœdus, quod peccata de libertate commiſſa non admittant ſacrificiū, dicente Matthæo Radecko Photiniano, olim verò Syndico Dantiſcano in libello paſſim in Pruſſia Sparſo ſub tit Examen welche die ſind/ die da verlangen Jeſum den HErrn conf. Smalc. in refut. adv. Frantz. pag. 354.

 Somme-

Somerum, Neuſerum & Gliriũ in tractatib. Chriſtianæ religionis Ingolſtadii 1583. editis. Quod ex hoc dogmate poſito deſperatio
fol. 75. oriatur ipſe photinianus Somerus diffiteri nequit, in allegat tract. Ergone deſperandum eſt? dicet aliquis; nequaquam quidem, reſpondet, quia obedientes non verò inobedientes in Scriptura ad moneantur fiduciam ſuam ponere in gratia Dei, quod quam abſurdum qui à limine Script. ſac. perluſtravit, videt, quum omnes omnino homines fiduciam ſuam ponere in gratia & favore Dei ſcript. hinc inde adhortetur: Et perſpicuum etiam deſperandum eſſe peccatoribus de gratia divina, quæ ſecundum Photinianos haud ſuperat peccata Rom. 5. 20. Damnatus eſt David vir ad beneplacitum divinum, quia ſciens volenſq; adulterii labe ſe infecit, neq; reconciliatus per pænitentiam, quod tamen Nathaneel Propheta dicit. Et quæ quæſo gratia extra novum fœdus? num ullibi locorum Scripturæ ad ſingularẽ quandam gratiam remittit nos Deus, qui etſi gratia ſua ſingulari quibuſdam adeſſe poterit, haud tamen vult, quia tacet Scriptura, qua tacente quis hac de re certi quid loquetur? Figant hi ſibi ſcalas & in cælum aſcendant ſoli, prout homini Novatiano Conſtantinus Mag. dixerit, referente Gelaſio Cyziceno in act. concil. Nicæn. p. 170.

§ 34. Neque ipſa media à Deo ad ſalutarem ejus cognitionem & fidem perveniendi atque obſignandi deſtinata intacta relinquunt. Ut de verbo Dei nihil dicamus, Sacramẽta blaſphemãt ſpiritualem omnem effectum ipſis detrahendo, ac pro nudis ceremoniis habendo, neque quæ à Chriſto, ſed ab Apoſtolis inſtituta eſſent. Media atq; inſtrumenta hæc quia negant fidẽ conferre aut obſignare, eorum infantes non ſunt Chriſtiani fideles, quouſq; non intellectus ſuum exerit officium, quum autem aliud haud ſit medium, quo ad Chriſtianam perveniamus fidem, ſequitur eos, qui hæc deſtruunt, ſibimet ipſis viam ad Chriſtianiſmum præcludere, ſicque Atheiſmo & ejus propugnatoribus indirectè manus corroborare, per hæc aliaque myſteria ſecundum rei naturalem effectum judicant & riſu potius quam fide ò peccatum magnum! excipiunt. Plura quidem ſunt, quibus ἀθετίζουσι, quæ tamen hic ſingulatim excutere haud licuit, concludimus hoc ſyllogiſmo: Quicunq; nihil, quod verum Chriſtianiſmum conſtituit, tum in fundamento, tum inde annexis articulis neceſſario credendis, retinent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

nent,ſed potius aliam concinnant religioné,aliam Chriſtianiſmi formã quam tot ſeculis per veros Eccleſiæ antiſtites propagatam, invehunt,illi ſunt indirecti athei Quam conſequentiã probamus inde, quia qui extra verum Chriſtianiſmum conſtituti ſunt, athei indirecti ſunt, neceſſe igitur eſt alteram earum religionum vel antiquam noſtram vel Socinianorum novam veram eſſe, prius ſatis probaverunt noſtrates Chriſtianiſmi defenſores, quo probato cadit poſterius, utpote veræ Chriſtianæ religionis oppoſitum. Minorem tum quæ nos hac in diſſertatione diximus,tum quæ apud alios prolixius Photinianiſmum novum excutientes, comprobant,Chriſtianorum propria nempè myſteria quod gentiles forſan Turcas atq, Judæos offendant ſuſtulerunt,quibus ſublatis non Chriſtianiſmus,ſed gentiliſmus introducitur. Accedit quod ipſimet ſibi gratulentur de tam facili atque vulgari Theologia liberamque à tot nodoſis quæſtionibus.Novam hanc Socinianorum Chriſtianiſmi formam Comenius refut. Irenici Irenicorum ita recenſet, ut quiſquis imortalitatem adipiſci velit de commiſſis peccatis pænitentiam agat,de hinc auté præcepta Dei (data primum per Moſen, ſed perfectius per Chriſtum impleat) habiturum poſt mortem quoq; vitam,ſicut in Chriſto datum ſit ſpecimen. Quæ nova prognata Theologia veterem in idololatriam ſuperſtitionem totum Chriſtianiſmum per 7. ferè ſecula vel ſanguine propagatam,in hæreſes, horrenda dogmata, quæ ſanè à piis credita æternam accelerarent damnationem, ſi haud vera eſſent. Quantum autem à Gentilium ac Mahumedanorum differat infra videbimus.Sequitur autem hinc expoſitis præmiſſis concluſio indirecti Atheiſmi reos eſſe Socinianos, quod demonſtrandum erat.

pag. 188. Et ipſe Socinus lib. quod regni Polon. c. 4. p. 43. cõfitetur modo quis Deo & Chriſto confiſus fuẽrit, eiq; ſe obedientẽ præſtiterit, hũc vitam æternam omnino adepturum.

§. 35. Pontificiorum, quos ſuperius atheiſmi indirecti accuſavimus, atheiſtica dogmata verſantur cumprimis in oppugnanda Scripturæ authoritate, genuino Chriſtianiſmi principio deſtruendo, falſo aſſerẽdo. Sublata certitudne ac dignitate Sacrarum litterarũ in fumum abit omnis Chriſtiana religio; poſito etiam quocunq; principio alio. Ablegant Romanenſes Theologi non cum Chriſto homines ad ſacra volumina,verum ad ſecreta mentis Pontificis Romani,ut fundamentum ex quo res controverſa decidi poſſit ac debeat, cujus vocem audire eique ſubeſſe de neceſſitate ſalutis eſt, quibus tamen Chriſtus fabula & religio Chriſtiana ludibrium eſt. Sed & multos directe Atheos extitiſſe vel in ipſa ſanctiſſima cathedra ex ea ſcilicet ex ipſis univerſæ Eccleſiæ antiſtitibus alii ut Zegedinus, Pleſſæus, & Voetius memorant. Animæ immortalitatem exiguo in

Adag. bellum dulce inexpertis. vid. Voet. paralip. p. 1142.

conf. Oſterod. cont. Trad. part. 2. cap, 21. Smalc. contra Frantz. diſp. 1.

pretio apud eos exiſtere Eraſmus ſatis indicavit, quot inquiens ſunt apud nos, qui nec reſurrectionem corporum nec animam corpori ſuperſtitem credunt, & tamen ſævitur per iſtos in hæreticulos, qui dubitant an Romanus Pontifex habeat jus in animas igne purgatorio cruciatas. Paulus 3. de vita æterna dubitavit, quærens ex Franciſcano num altera detur vita, cui cum reſpondiſſet prædictus monachus, ipſi Pontifici maximo notum, indignabundus quod nuntiavit ſe mox viſurum, ne obtunderet caput. Maxime quæſt. mutilant Script ſacr. Photinianiſque Chriſtianam proſtituunt religionem articulos fidei ex traditionibus ſuis deducendo ac ſi in Scriptura ſacra non contineantur. Denique, ut Cardinalium Epicuræam ac Atheiſticam vitã prætereamus ſilentio, Ieſuitæ Chriſtianiſmum impiis ſuis dogmatibus, æquivocationibus, conſiliis dilacerant, Pontificis authoritas tantum ſalva maneat, reliqua circa fidem parũ curant, quum ea papæ famuletur, ad peſſimos quoſque conatus perficiendos. Ac quoad Papæ obedientiam principes adducant, non tam de veritate religioniſq; reverentia erga ſanctam ſedem ſunt ſolliciti. Licitum etiam per ipſos omnem religionem Chriſtianam abjurare reſervatis ſibi in mente conceptibus, ut ego nõ ſum Chriſtianus neque Chriſtum colo ut tibi dicam, Chriſtus autem vult ſe confiteri coram hominibus & Paulus confeſſionem oris requirit, conf. de his diſſimulationibus Epiſtol. Caſaub. ad Frontonem Ducæum, at Montaltius cum Wendrockii notis in epiſt. provinc. Integrum tractatum de hiſce æquivocationibus, quibus omnis religio, omnis honeſtas abjurari poteſt, edidit Ieſuita Anglus Parſonius, alius quoque in Anglia de iis tractatus prodiit à pontificiis.

§. 36. Formalis ratio ex dictis patet, neque iterum recenſendi gradus & modi atheiſmi. Certum autem eſt ejus rationem formalem variare pro ratione definitionis & generum variorũ directi ſcil. vel indirecti, craſſi vel ſubtilis. Directi eſt omnis Numinis abnegatio & ἀπιστία, quod & nomen præ ſe fert, qui omnem de Deo ſenſum tibi eripere conatur. Indirecti autem ratio formalis ita certe indicari vix poterit, cum variæ ejus ſpecies exiſtant: Etenim Deo tribuendo ea quæ ejus divinitatem tollunt, aut etiam adſcribendo, quæ Deo haud conveniunt ἀθεΐζουσι: Sic qui Numini vel excellentiſſimo modo corpus affingit aut corporeæ molis, Deum ipſum haud ſincerè confitetur, qui item denegat attributa eſſentialia, juſtitiæ, omniſcientiæ aut eorum attributorum modum, indirectè atque obliquè Atheiſmo inſervit. Conſiſtit & in providentia Numinis denegata cum animarum ἀφθαρσία ſeu in cineres cum corpore abeat & reliquarum formarum inſtar ex materia dependẽtium intereat, ſeu ad Deum tanquam autorem & reſtauratorem redeat, in cujus nempè potẽtia actuali ſubſiſtentiam ſuam poſt mortem ſortiatur, in negatis poſt funera & mundi deſtructionem animarũ vel præmiis vel pœnis, in dormitione, quæ ſpiritui minus cõvenit, & quæ ſunt alia, quibus animæ immortalitas deſtruitur. Omnes quoque religiones ut vocant, ſeu modi Deum venerandi extra Chriſtianorum atheiſmi titulo condecorari poſſunt, ſed & in ipſis Chriſtianis, qui eo nomine gaudẽt datur quædam ratio formalis eorum Atheiſmi. Etenim conceſſo exiſtere Atheos vel in medio Chriſtianiſmi, dabitur quoque conceptus adæquatus & exhauriens eorum Atheiſmi. In dubium vocando ea, quæ ad Chriſtianiſmum conſtituendum neceſſario pertinent, aut etiam negando pleraq; Chriſtianiſmi propria & diſcretiva à reliquis ſectis, quod maximè Socinianis, ut demonſtratum, attribuendum eſt. Qui, quæ verè Chriſtianam conſtituunt religionem parum curant, & qui

(vel

(vel ipſa ratione deprehenditur) in aliis rebus, ut primatu Papæ, purgatorio totam religionem ponunt, quod in nonnullis Pontificiorum cernitur. Dicimus autem hic rationem formalem Atheiſmi & Atheorum, non quod omnes ſint formaliter athei, qui ipſum Numen divinum negant aut in dubium trahunt, hoc enim abſurdum & ἄτοπον foret, verum ratio formalis nobis hic eſt & ſumitur pro eo, in quo propriè horum Atheorum ἀθεότης conſiſtat plus enim quam nudum vocabulum præ ſe fert, in ſe complectitur, & quo paucis rem decidamus pro varietate ſpecierum nonnihil ſuperius indicatarum ratio formalis etiam variat, ut proinde pluribus de ea verbis, haud opus ſit.

§. 37. Finem nunc perpendentes Atheorum formaliter ſeu directè quoad intentionem videtur Epicuræa vita eſſe, qui nempe laxatis habenis per omnia ſcelerum & flagitiorū genera tempus conſumant, neq; rationem tandem aliquando reddere cogātur turpiſſimæ, quam luxatis Numinis divini metus repagulis, perduxerunt, vitæ: Aſt in agone mortis illis conſtitutis evigilat tandē Numinis ſenſus, neq; finis propoſiti durationem expectare poſſunt, iræ divinæ judicium propria conſcientia, non poteſt ergò, quin æternum exitium poſt funera experiantur, qui finis conſecutionis ſeu ultimi eventus haud immerito abominandam hanc Atheorum ſectam avocaret, deterreret à profana contra dictamen propriæ conſcientiæ & adverſus ipſam naturam pugnandi libidine. Horrenda item blaſphemia qua divinum Numen à ſe remotum ejuſq; verbum ſanctiſſimum proſcindunt, riſu excipiunt, omniaq; ſacra tanquam ludibria contemnunt. Neque refert quicquam quod contra eos homines juſtum Dei judicium protinus haud exerceatur, quā benignus ac clemens Dominus inter ea juſta vindicta eos ſinat in ſtultitia perdurare ac pervicacem cum cōſcientia, ipſaque adeo rerum naturâ collictationem, cui ſuccumbunt, abire, quum palpando Deum invenire potuerint, quod non longè ab uno quoque noſtrum diſtet. Satis athei illius exemplum finem hunc conſecutionis oſtendit, cujus nefandi hominis hiſtoriam Calvinus recenſet, quod inſtanti mortis ſpatio in deſpera- Comment. in Pſalm. CXV. tionem cadant, nihilq; niſi æternos cruciatus exſpectent, quod Machiavello contigiſſe dicitur. Quamvis haud diffitendum ſit multos ex ea Atheorum colluvie inveniri, qui animum obfirmant, vel in mortis articulo cum illo Italo Coſmo de quo Lætus in comp. hiſtor. univerſ. commemorat, quod moribundus dixerit: ſtulti abite, nulli ſunt Diaboli, niſi hoſtes noſtri, qui nos in hoc mundo vexant, neque alius Deus præter Reges & principes, qui ſoli nos poſſunt juvare etiam nobis benefacere. Videmus autem in his ut filiis Patris tenebrarum ejus potentiā, qua conſtricti, quod Domini noſtri Ieſu Chriſti ſermonibus & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ non acceſſerint, ad tartara rapiuntur. Quem finem alii ſibi propoſitum habeant vix indagare licet, nonnulli quidem eo uſq; transgreſſi veri limites, progredi haud veriti fuerunt, ut ob provincias & regiones alterius religioni ſe aſſociare non ambigant, vel Chriſtianam planè abjicere, quo ſuperiorum favore ac gratia ſatius fruantur, quibus profecto, niſi ad meliorem redeant mentem, obtingere poterit idem cum ſuperioribus eventus. Aſt quis deterrimæ illius hydræ ſacerdotumque τῆς ἀθεότητος, fines propoſitos, & qui his reſpondent, eventus commemoraret; potius ad eos progredimur, quibus cum maximè nobis res eſt Neo-Photinianos ſcil. qui ſua quoque non deſtituuntur intentione per ea dogmata, ſeu negata ſeu aſſerta, quæ hic exhibuimus ad eam conſequendi, nempe quo errores noſtros corrigant de Deo,

filio Dei aliiſque articulis , quos tamen alii Socino parenti hac in parte adverſantes qui errores appellat neque ſalute æterna privare. Papiſtarum idololatriam, horrendas ac blaſphemas doctrinas appellant, quo etiam eorum impuro cætui nos adjungeremus prout Socinus peculiari libello obtendit, quo ignorantiam Præſidum Eccleſiarum oſtendant, ac ut Lutherani progrediantur non ſubſiſtant (juxta Matth. 13. 12.) & cum Calvinianis pacem ſibi & fraternitatem offerentibus ſeſe jungunt. Calviniani autem ſe Remonſtrantibus, ceu fratres, fratribus, hi autem Socinianis in promovenda conſcientiarum ſive ſalute ſive libertate, æquè certantibus, anonymi libri Irenici Itenicorum verba ſunt, imo ut omnes fierent Sociniani. Verum finem hunc Deus prohibeat, quo aſſequantur, nos eventum ſeu exitum Socinianiſmi dicimus Atheiſmum directum, in quem facilis prolapſus per Socinianorum dogmata Atheiſtica, quod quamvis deteſtabuntur nobiſcum ſatis novimus, quin autem evenire poſſit ſequentia docent: Qui enim verum Deum negant, ejus honorem deſtruunt, attributa eſſentialia partim inficiantur, partim dubia reddere conantur, immortalitarem animarum corruptum eunt, Scripturam miris modis labefactāt, omne ſolatium Chriſtianis eripiunt & in ſtatum miſeriæ detrudunt, articulos de cauſis ſalutis fundamentales eſſe eorumque inficiationem ſalutem intercipere negant imo omnem Chriſtianam religionem pervertunt, à certa hac colendi Deum ratione avulſi ad incertam quamque recipiendam parati ſunt, donec tandem nullum Numen credant atque ſi atheiſmo directo nomen dent. Socinianos autem prædicta tradere ſatis notum arbitror. Accedit quod à gentiliſmo ac Mahumetiſmo parum abſint, imo facilius ad gentes & Turcas tranſeunt, quam indirectum prolabuntur atheiſmum. Quan[illegible]m enim Iudaica, Turcica atq; Gentilis religio diſtent à Socinianorum, cuivis notum puto, nam & illi & iſti creationem, reſurrectionem, ſupremum judicium & poſt hoc beatitudinem & damnationem admittunt, filium tamen Deo eſſe eumque hominem factum negant. Gentiles naturali lumiue eam potuerunt adipiſci cognitionem, quam Sociniani per Scripturam. Concludimus ergo, qui vitare vult Mahumediſmum, Gentiliſmum, & Iudaiſmum imo omnis religion s & Numinis divini abjectionem vitet Socinianiſmum ad hæc præcipitia ducentem, caveat ſibi ab his Pſeudo-Prophetis & fidei Chriſtianæ irriſoribus, quos ultimo collabaſcentis mundi tempore Petrus pronuntiavit ad fore. Interim tamen Servator Ieſu Chriſte conſerva nos in verbo tuo, ut Patrem tuum atque Te ut Patrem veneremur in Spiritu, Tibi etiam ſit honor & gloria, quam propter hunc laborem ſuſcepimus, adverſus Hoſtes qui eum deſtruunt, ſinas nos ſub umbra alatum tuarum contra quosvis irruentes Lupos quieſcere, & in vera fide conſerves.

Amen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-521 4° 2106